

AD ALPHONSVM CARDINA. PRAEFATIO

Ad illustrem & summū uirū ac clementissimū patrē:
dominum Alphosum: sanctae Romanæ ecclesiæ Cardī-
nalem: Frāncisci Philelfi in traductionem præceptorum
Rhetorices Aristotelis: de causis ciuilibus: Præfatio.

Bononia

QUoniam superiore anno Bononiæ docerem clarissime pater
quod ea in urbe nemini maioribus aut honoribus aut
præmijs unquē cōtigit: cōp̄ere nōnulli & nobiles & ma-
gni uiri dare operā græcis litteris: quippe qui iā animad-
uertissent: si secus facerent: ne ꝑ dignitate ad latinū eloquiū enite-
rent. Quare cū Aristotelis præcepta illa ijs græce legerē: quæ de ci-
uilibus causis ad Alexandrū regem: cū ꝑ auctoris more doctissi-
me: tū ut semper disertissime scripta sunt: summis a nobis precib⁹
contenderūt: id efficerē: ut ea latine loquerent. Censebāt em̄ pru-
dentes uiri: quod longe plus & utilitatis & ornamenti ex ijs latinis
a me factis: qm̄ & illi latine loqui: q̄ græce mallerent: q̄ si græca
essent: assequerent. Nō em̄ eo græcas litteras tantopere oēs discere
studem⁹: quo ijs apud Atheniēses Byzantiasue utamur: ut illarū
subsidio atq; ductu latinā litteraturā atq; eloquētiā melius tenea-
mus & lautius. Præterea nescio quo pacto qui min⁹ & diu & mul-
tū græcos codices pertractarint: & sese illis totos dederint: nusquē
incredibilē illum ac ꝑpe diuinū lactei græcorū eloquijs leporē atq;
dulcedinem neq; apud oratores neq; apud poetas neq; apud phi-
losophos ꝑcipiūt: Quo fit: ut nostri fere omnes qui auris delinire
cōcupierint: & malint initio græca latine q̄ eadem græce lectitare.
Ignorantes hi quidē & utilius admodū fore uolentibus græca dis-
cere: ut græce uoces græciq; cōcentus illorū auribus die noctuq;
obstrepāt. Et quēadmodū grauitate latinos græcis: ita nobis sua-
uitate illos & quadā quasi dictionis ambrosia ac nectare mirū im-
modū antecellere. Id igiḡ ita familiaribus a me illis efflagitantib⁹
obstinatissime refragari cōpi: tum quia uidebam rem a nobis ꝑ-
ti cum sua natura difficilem. Est em̄ in arte uerbū sæpius e uerbo
exprimendū: quod ne absurde fiat: laboris nonnunquē maximi: in-
terdum aut ꝑpter sermonis uel dissimilitudinē uel angustias uoti
est: tum quia nō eo me pollere ingenio usu ue intelligerē: qui maie-
statē Aristotelicæ dictionis latinæ interpretationis filo exprimerē.
Proinde nolebā aut ineptus apud aliquos aut temerarius iudica-
ri. Sic igiḡ ꝑ uirili parte refragātibus nobis: clarus uir mihiq; ami-
cissime & tui nominis eximius prædicator Alberthus is qui per id

Alexāder rex

ARISTOTELIS IN PRAECEPTA RHETORI.

temporis Bononiae quaestorem p summo pontifice gerebat: idem
 cepit: quod illi antea cōsueffent: studiosissime a nobis cōtendere.
Qui tamen p suo iure omnia apud me pōt: eo tñ facilius persua-
 sit: qđ unā hanc rē fore diceret: quā prācipue gratificari māuetu-
 dini tuā quirē. Aiebat em̄ te unū esse qui p regia ista & innata tibi
 animi magnificētia generositatē & inaudito quodā splendore
 magnitudinēq; ingenij: cū reliquas omnis illustris disciplinas insi-
 gnisq; uirtutes maximipenderes: tū hasce elegātiores artes impi-
 mis. Id mihi uir ille & amicus & grauis persuasit haud difficulter:
 utpote quem uera loqui nō minus nosse: q̄ uelle: iā pridem animi
 aduertissem. Quod quidem cū alijs multis rebus de illo expertus
 sum: tum in ijs laudibus quas de tua foelici & augustia illa Bono-
 nienfi legatione dies noctesq; prādicabat. Eas em̄ ita ponebat an-
 te oculos: ut nihil postea Bononiensium reipublicae acciderit: qđ
 nō multo ante impendere: uel lapides ipsi prouiderint. Et profecto
 si tua sequi uestigia quibus ea res erat in manu uoluiffent: neq; ip-
 si excidiffent: neq; tāta tanq; prāclara urbs in tantas calamitates
 ærumnasq; decidisset. Sed de his alias. Cum hanc igit traductio-
 nē nō ingratā tibi futurā intelligerem: ut amicissimo homini mo-
 rem gererē: id est: ut meipsum tuo nomini cū Albertho meo dedi-
 carem: oblitus sum nostri. Omnia uincit amor: Rem difficillimā
 & meis imparē uiribus sum aggressus. Audētis fortuna iuuat. Po-
 tuit Homericus ille Aiax hēctora: quē neq; Vlyxes neq; Nestor in
 prāliū puocātē excepisset: sola audacia & aggredi & singulari cer-
 tamine superare. Potuit & Troias idē ab incensis iam nauibus fu-
 sis Achiuis omnibus arcere: potuerimus fortassis etiā nos etsi mi-
 nus orationis Aristotelicae nitorem: at ipsa certe sensa latinis uer-
 bis explicare. Verū ne id unū omiserim: nos a Fabio Quintiliano
 nōnullis in dictionib⁹ interpretatiōe discrepasse. Idq; nō incōsul-
 to facitātū: ut qđ ille διμνηγόριος: demegoricō: uerbū e uer-
 bo exprimens cōcionalē gen⁹: & προχάτω ληψίς: procatalepsi-
 n: prāsuppositionē dixerit: nos usitatore uocabulo deliberatiuū: & prā-
 occupationē nō absurde: ut arbitror: exprimere maluimus. Sic &
 alia plarāq; inueniri cōtigerit. Nā q̄uis p doctus ille qđē & acut⁹
 uir fuit: ueluti certe ē: uoluit tñ in nōnullis uerbis & reb⁹ magis se
 sui q̄ Cicerōis similē dici. Nos autē & M. Tul. & Horati⁹ Flacci &
 Eusebi⁹ Hieronymi: q latinissimi simul & eloquētissimi extiterūt:
 testionio & auctoritate freti: i id maxime studem⁹: ut quae a grācis
 trāfferim⁹: nihil aliud quo ad ei⁹ rei fieri possit: q̄ latinitatē sapiāt.
 Proinde & hoc prāsentis operis ad numerū caractera ac figurā

Aiax
 Vlyxes
 Nestor
 Troia
 Achiui
 Fabius quin-
 tilianus
 διμνηγόρι-
 ος
 Demegoricō
 προχάτω
 ληψίς
 Procatalepsi-
 n
 Cicero
 M. Tullius
 Horatius flac-
 cus
 Eusebius
 Hieronymus

AD ALEXANDRVM REGEM PRAEFATIO

pro uirili parte traduximus. **S**uscipies igit̃ praesens hoc quicquid est munusculi magnifice pater. **Q**uod siquidem auctorē ipsum te cū reputes **A**ristotē: nō teminus e regia p̃sapia genito magnanimi principe: q̃ **A**lexandro **M**acedonum rege dignū existimes. **S**i nostrā uero in te obseruantia: si nostrā in **A**lberthum & in praclarā omnem **A**lberthorū familiā dilectionē amorēq; cōsyderes: & eximiū certe id imprimisq; deuotū. **C**aterū si hisce te rebus delectari intellexero: efficies ut propediē huic quasi praeludio maiora fortasse quādā ualentioraq; certamina subnectam. **I**nterea uero hūc **A**ristotelem lectitabis: intueberisq; magna ex parte: quā a maiori bus nostris de bene dicēdi scientia & tradita nobis ac relicta sunt: ab **A**ristotelico fonte praecepta illa quāq; emanauisse. **Q**ua quidē ex re: eo magis eorū impudentia mirāda est qui cum se **A**ristoteli eos dici uolunt: & loquendo & scribendo: absurdissimi simul & infantissimi plane reperiuēt

Aristoteles
Alexāder rex
Alberthus
Alberthini

Aristotelicus
fons

Francis̃i **P**hilel̃si praeceptorum **R**hetorices **A**ristotelis de **C**ausis ciuilibus ad **A**lexandrū regē **M**acedonū e gr̃eco in latinū **T**raductio: **F**œlīter **I**ncipit

Aristotelis in praecepta **R**hetorices de **C**ausis ciuilibus ad **A**lexandrū **M**acedonū regem praefatio.

Aristoteles **A**lexādro regi salutē dicit **S**ū tuis litteris factus certior nōnullos s̃ape ad nos misisse: qui ut ciuiliū causarū praecepta ad te perscriberē a me peterēt. **E**go uero haud negligētia quidē ulla in hoc usq; tēpus rē distuli: sed ut quārērē ita diligētē de ijs ad te scribere: ut alius certe nemo qui ijsce in reb⁹ elaborasset diligētius unq; scripserit. **H**aec igit̃ rectē mihi fuerat snia. **N**ā quēadmodū uestiū decore atq; magnificentia ceteris hominib⁹ praestare maxime studes: **I**ta ut etiā dicendi inuentionē ac uim eā accipias nitendū est: quā pulcherrima sit: apprimeq; praclarissima. **L**ōge em̃ pulchrius est: ac regale magis aīo esse bene cōstituto: q̃ habitū corporis uestib⁹ ornatū pulchris intueri. **A**bsurdū em̃ est eū qui rerū gestarū gloria ceteris antecellat: uideri humillimus quibuspiā in dicēdo cedere: praesertim cum non sis nescius eos qui in populari principatu uersenē: res omnis ad populū: qui uero sub unius imperij ductu constituti sint: ad rationē orationēq; referre. **Q**uēadmodū liberas ciuitatis cōmunis lex: quā ad honestissimū aliquem finem ducat: dirigere consueue-

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

Lex quid

rit: eodem etiā modo & oratio tua queat eos quos imperio tenes ad id agere quod conducibile sit & utile. **E**tē lex: ut ita dixerim: oratio quādam est quæ cōmuni ciuitatis consensu definita iubet: quo pacto unūquodq; agendū sit. **A**ccedit ad rem: quod neq; tibi obfcurū existimo: solere nos laudibus eos perinde atq; honestos & fortis psequi: qui & ratione utunt: & omnia ea duce agere pergūt: **Q**ui uero absq; ratione & oratione quicq; faciūt: tanq; atroces immanesq; odimus. **Q**ua quidem re factū est: ut & malos eorum uitium ostendentes: male affecerimus: & bonos eorū uirtutē declarantes: quasi beatos admirandos imitandosq; uoluerimus. **S**icq; & quomodo futuras calamitates euitaremus: bonisq; instātibz fruere: adinuenimus. **P**roinde & imminentes difficultatis effugimus: & absentes utilitates comparamus. **N**am ueluti uita: quæ nulli mœrori subiacet eligenda: ita prudens est oratio deligenda. **N**eq; id te prætereat: oportebit: quod hominum plurimis alijs quidem lex ipsa: alijs uero tua: tum uita: tū oratio exemplis dat. **U**t cunctis igi: tum græcis: tum barbaris antecelas: omni tibi studio annitendum est: quo hi qui uersant in his exemplis: **I**ta horū imitationē per uirtutis elemēta pulchre effingāt: ut haud sibi deteriora cōsulāt: sed eius se participes fieri & cupiant: & exoptent. **R**erū est præterea humanarū augustissimū consolatione uti. **Q**uare ne in superuacaneis uulgaribusq; rebus studiū tibi terēdū est: sed pro uirili potius parte elaborandū: ut ipsam belle consultādi artem & perdiscas & teneas. **Q**uis em̄ sane mentis dubitarit: si quis incōsulto quid egerit: amentia quidem: sin aut ratione duce: sapientia signū esse. **I**ntueri etiā licet eos omnis qui optima inter græcos republica utunt: oratione prius q; rebus cōuenire. **I**temq; apud eos qui inter barbaros dignitate præstant: orationem rebus anteire: quippe qui probe norint eam: quæ ratione orationeq; per spectio utilitatis cognitioq; fit: esse quandā salutis arcem. **E**t eiusmodi certe arcem: quæ non manufacta: uerum & inexpugnabilis quidem sit: in primisq; secunda opinanda. **S**ed uereor hac de re pluribus ad te scribere: ne fortassis ostētare meipsum uidear: hisce præsertim in rebus: quæ p̄batione nō indigent: sed plane patent: & in promptu sunt omnibus. **O**breui hęc omnia missa faciens: illa dixerim solū: de quibus in omnē uitam dicendum est. **H**oc unum esse: quo cæteris animalibus præstamus: præclarū quoddā ab im/mortali deo adepti uideamur. **N**am si quidem & cupiditate & ira & alijs huiusmodi affectionibus utunt etiā reliqua quæq; animalia: oratione autē homo dūtaxat: absurdum profecto maxime

Græci
Barbari

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

omniū cedat: si qua una re bestijs antecellimus: eā beneuiuēdi du-
cē prae negligētia reliquerimus. Proinde te iam pridem tua sponte
incitatum etiā atq; etiā hortor: ut discendi philosophiā omni stu- **Philosophia**
dio cōplectare. Nam ueluti corpus bonā ualitudinē: ita & animus
disciplina eruditioneq; seruatur. Huius em̄ ductu haud quāq; tibi
in rebus gerēdis aberrare cōtigerit: quinpotius oīa: ut ita dicam:
quā tibi iam parta sunt: bona plane tuebere. **Q**uod si prae terea ocu-
lis uidere iucundū est: animi luminibus cernere penitusq; p̄spicere
admirabile certe plurimū. Rursus autē quēadmodū imperator sui
est seruator exerciti⁹: ita etiā eloquētia quā sapiētiae cōiūcta sit hu-
mana est uitae gubernatrix. Sed haec omnia atq; his similia opere
preciū puto: ut missa hoc tempore faciamus. Monuisti autē tuis lit-
teris: ne quis omnino mortaliū hūc librū accipiat: quippe q̄ nō sis
nescius: sicuti parētes quos ex se genuerint magisq; hi quibus sup-
positi sunt partus amare solēt: eodēq; modo iij qui praeclarū aliqd
ex se inuenerint: maiore ad id studio afficiunt: q̄ quib⁹ eo uti cōti-
gerit. Nō secus em̄ p̄ inuentis atq; p̄ liberis emori periclitentē. Em̄
uero iij quos parios uocant sophistae: qm̄ nihil ipsi p̄ inerti quadā **Sophistae**
negligentia pariunt: ne diligūt quidē: sed acceptis pecunijs ab se di- **Parij**
mittunt. Hanc igit̄ ob rem te uāhementer monco & exhortor: ita
haec dicendi praecepta serues atq; tueare: ut cum & ipsa adolescūt:
nullius opibus uiolentē: sed honeste tecū decoreq; una uiuāt: & cū
in adultā aetate euaserint: immortalē gloriā nāciscāt. Assumpsim⁹
autē sicuti nobis **Nicanor** exposuit: si quid hisce de reb⁹ apud cate- **Nicanor**
ros artis scriptores expolitū climatūq; iuenim⁹. Impēdes autē ope-
rā etiā hisce duob⁹ libris: quorū alter meus est: eas cōtinens artes
quas ad **Theodectē** scripserā. Alter autē est **Coracis**. Reliqua uero **Hheodectes**
omnia quā siue ad ciuilia praecepta: siue ad iudicialia pertinet: se- **Corax**
paratim hoc in libro scripta sunt. Quapropter ex hisce ad te comē-
tarijs ad ea cōsequēda abunde tibi adiūmēta suppetent. Vale

Rhetorices Aristotelis de Causis ciuilibus praecepta ad Alexandrum regē Macedonū: Foelicit̄ Incipiunt.

Tria sunt genera ciuiliū causarum: **Deliberatiuum:** **Genera tria**
Demōstratiuum: **Iudiciale.** Horū autem species sunt **Species septē**
septē. **Suasio:** **disuasio:** **laus:** **uituperatio:** **accusatio:**
defensio: & **questio:** aut ipsa secūdū sese: aut ad aliud.
Species igitur in quibus omnis uersatur oratio: haec
sunt numero. His autem utimur & in cōsultatiōe ciuili: & apud iu-

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

dices: & circa alicuius certæ personæ dictiōe: de quibus quid est omnibus: ita poterimus apte dicere: si singillatim uniuscuiusq; speciei uim & usum & exercitationē numero cōprehenderimus. **E**t primū quidem de suasionibus est dissuasionibusq; dicendū. **I**psarum em̄ usus in demonstratiuo deliberatiuoq; genere locū imprimis habet. **U**t igit̄ summam dixerim: **S**uasio est ad aliquid eligēdū aut dicendū agendūue exhortatio. **D**issuasio uero ne quid eligat̄: aut dicat̄ agaturue dehortatio. **H**is aut̄ ita definitis: suasor ostendat: oportet: hanc ad quā exhortat̄: & iusta: & legitima: & utilia: & honesta: & iucunda: & facilia factū esse. **Q**uod si minus id poterit: demonstrandū erit: cū ad laboriosa & graua quādā exhortat̄: hanc factū & possibilis esse & q̄ necessaria. **D**issuasor aut̄ ex contrarijs dehortet̄: oportet: ut neq; iustū: neq; legitimū: neq; utile: neq; honestū: neq; iucundū: neq; factū possibile hoc sit: uel saltē & laboriosissimū id esse & minime necessariū. **O**mnēs aut̄ actiones harū utriusq; sunt causarū participes. **Q**uare dubitādū nō est: quin oratio harū alterā cōtineat. **Q**uā igit̄ suadentes dissuadentesq; desiderare cōueniat: hanc sunt. **D**efinire aut̄ iam aggrediar unū quodq; horū quid sit: **D**emonstrabiturq; unde ea nobis in dicēdo suppedite-
Iustum quid
Lex quid
Utile quid
Bona triplia in priuatis hoībus
Bona ciuitatū
Honesta quæ sint
Iucūda quæ
Facilia quæ
 possibilia que
Necessaria
 mus. **I**ustū igit̄ est omniū aut plurimorū nō scripta cōsuetudo: honesta turpiaq; determinās. **I**d uero est honorare parentes: amicis benefacere: & beneficis gratiam referre. **H**anc em̄ & his similia non iubent scriptæ leges hominibus faciunda: sed cōsuetudine nō scripta & cōi quādā lege legitimū sit. **I**usta igit̄ hanc sunt. **L**ex aut̄ est cōmunis ciuitatis cōsensus: qui scriptis præceperit quod unūq; q̄ agendū sit. **U**tile uero est præsentīū bonorū cōseruatio: aut absentīū cōparatio: aut malorū instantīū ppulsatio: aut futurorū incommodorū inhibitiō. **H**oc autem diuidas oportet: priuatis quidē hominibus in corpus & animū & res extrarias. **C**orpori em̄ est utile robur: formæ dignitas: bona ualitudo. **A**nimo uero fortitudo: sapiētia: iusticia. **E**xtraria uero sūt amici: pecuniæ: possessiōes. **H**is aut̄ cōtraria inutilia sunt. **C**iuitati aut̄ utilia talia quādā sunt: concordia: uires ad bellū: pecuniæ & puētū copię: sociorum uirtus atq; multitudo: ac summam reliqua his similia utilia esse ducimus. **Q**uæ uero his contraria: sunt inutilia. **H**onesta uero sunt ex quibus splendor aliquis atq; illustis honos in eos qui aliqd gesserint emanaturus sit. **I**ucunda aut̄ quæ afficiunt gaudio. **F**acilia uero sunt: quæ breui tēpore & minimo labore impēsaq; absoluuntur. **P**ossibilia aut̄ quæcunq; fieri natura possunt. **N**ecessaria uero quæ ut fiāt: arbitrij nostri nō est: sed tanq̄ ex diuina quādā authu-

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

mana necessitate omnino fiūt. **I**usta igit̃ & legitima: & utilia: & honesta: & iucunda: & facilia: & possibilia: & necessaria hęc sunt. **D**e his aut̃ dicere abunde poterim⁹ & ex antedictis & his similibus: & ipsis cōtrarijs: & ab his quę iudicata sūt: aut a dijs immortalib⁹: aut a claris hoib⁹: aut a iudicib⁹: aut ab aduersarijs nostris. **C**uius modi igit̃ iustū esset: declarauim⁹. **S**imile aut̃ iusto est hmōi. **N**am quēadmodū iustū existimam⁹ obtēperare parētib⁹: idētidē cōuenit filios parētum res gestas imitari. **E**t ueluti beneficiis benefacere iustū est: ita & ijs a quibus mali nihil suscepim⁹: iusto simile est nō nocere. **H**oc igit̃ modo simile iusto capiendū est. **E**x cōtrarijs autē opus est exēplū ipsum perspicuū faciam⁹. **N**ā ueluti iustū est in eos animaduertere qui aliquid pperā patrauerint: ita ijs qui nos beneficio fouerint: referre gratiā decet. **I**d aut̃ iustū qđ ab aliquibus claris uiris iudicatū fuerit: sic erit accipiendum. **V**erū neq; nos soli odio hostes insequimur maloq; afficimus: sed & Athenienses & Lacedæmonij iustū esse iudicāt inimicos mulctare. **I**ustū igit̃ hoc modo crebra exercitatione accipies. **L**egitimū uero quale etiā ipsum sit: antea nobis definitū est. **O**portet aut̃ ubi usui sit: ut is qui sententiā dicit: legē etiā assumat: **D**einde simile legi scriptæ: cēt uero huiusmodi. **N**am sicuti legumlator maximis animaduersionibus fures plectendos uoluit: ita & seductores maximopere sunt mulctandi: **E**tenim hi furantur eius quem deceperint hominis mentem. **E**t ueluti legumlator hæredes eos statuit qui genere pxiimi ijs essent qui sine filijs interissent: eodem modo & hui⁹ pecuniarum rerumq; liberti me nunc dominum fieri decet: **N**am cum ijs qui ipsum liberarint: hac luce orbatis pxiimus ipse sum cognatione: iustus certe sum: qui illius res omnis dominio teneā. **L**egitimo ergo simile assumitur: hoc modo. **C**ōtrarium uero sic. **S**iquidē lex prohibet publica priuatim distribuere: perspicuum est eos qui illa distribuūt: iniuria omnis afficere a legulatore iudicatos. **N**am si eos leges ornari iubent qui honestæ rebus communibus iusteq; præsuisent: nequaq; obscurum est quin & publicarum rerum dissipatores multa dignos existimant. **E**x contrarijs igitur ita legitimum clarum fit. **E**x iudicatis autem hoc modo neq; ipse solum præsensem legem harū causa rerum a legumlatore positā dico: sed etiam antea ipsi iudices auctore **Lysitida**: æque atq; nunc a me dicitur sententiam de hac re protulere. **L**egitimum igitur hoc modo tractantes: multipliciter demonstrabimus. **V**tile autem quale sit: antea definiuimus. **A**ssumendum est autē in dicens etiam si quid ex utili inciderit: eodemq; modo tractandum: quemadmodum

Iusto simile

Athenienses
Lacedæmonij

Simile legi

Legi cōtrariū

Ex iudicatis
Lysitida

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

Vtili simile in iusto legitimoq; tradidimus. Et sic crebris in locis ostendendū. **E**ffet autem utili simile huiusmodi. Sicuti nanq; in bello conducit eos qui plurima ualent animi magnitudine primos in acie ordinare: eodem modo in rebus publicis permagna utilitati est prudētissimos multitudini iustissimosq; præesse. Et quēadmodū hominibus in bona ualitudine cauere ne in aduersam incidant utile est: Ita etiā pacatis urbibus cōcordiaq; utentibus conducibile est sese ab omni seditione custodiant. Similia ergo utili hoc modo crebro tractanda sunt. Ex contrarijs autē utile sic perspicuū fit. Nā si cōducit eos cuius qui & æqui & boni sunt: honoribus prosequi: ita punire improbos utilitatis plurimum affert. Et si quidem inutile est: nos solos aduersus Thebanos bellum gerere: utile erit ut Lacedæmonios socios nobis asciscam⁹: itaq; aduersum illos belligerem⁹.

Vtili cōtrariū

Thebani
Lacedæmonij
Vtile a claris
uiris

Ex cōtrarijs igitur sic utile clarum efficies. Vtile uero a claris uiris iudicatum hoc pacto assumes. Nam & Lacedæmonij ubi Athenienses bello superassent: usui sibi fore existimarūt: ne eorum urbem in prædam uerterent: Et Athenienses rursus cum possent Spartā funditus euertere: cōducere sibi arbitrati sunt si Lacedæmonij superessent. Et iustum quidem & legitimum & utile sic tibi tractandum est: Honestū uero & facile: & iucūdum: & possibile: & necessariū: quo modo & hæc superiora te tractare cōueniet: Et de ijs quidem & hisce dicere commode poterimus:

Quæ sint cōsultanda

Rursus autē definiemus quantū & quale & quid: tū in curia: tū in cōtione cōsultabimus. Nam si horū singula plane tenuerimus: res ipsæ pro unaquaq; nobis consultatione uerba suppeditabunt: Communis autē species quas diu antenouerimus: facile in unāquaq; causam inducere poterim⁹. Quapropter ea sunt nobis diuidenda: de quibus uulgo consultant omnes. Ut summam ergo dixerimus: eæ de quibus orationem habemus: propositiones septem sunt numero. Necessē enim est nos & cōsultare & orare: tū in senatu: tum apud populū: aut de sacrificijs: aut de legibus: aut de apparatu ciuili: aut de societatibus ac foederibus aduersus alias urbes: aut de bellis: aut de pace: aut de pecuniarum prouentibus. Hæ igitur propositiones sunt: de quibus omnis est nobis & consultatio & oratio. Harum autem unamquaq; diuidamus: consideremusq; quibus modis oratione in his utendum fuerit. De sacrificijs autē abunde dicere necesse est. Aut enim dicimus præsentī in statu ea seruanda esse: aut ut magnificentius: aut ut in his humilīus quodammodo agendum sit. Cum igitur dixerimus in præsentī statu ea seruanda esse: causas inuenimus: ex iusto quidē dicentes:

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

Iniunctū apud omnis esse: praeſter cōſuetudines primas quicq̃ agere. Quodq̃ omnia uaticinia hominibus iubent: patrio more ſacrificia eſſe faciunda. Et quod eorū qui urbes primo cōdiderunt & tēpla dijs immortalibus erexere: diuini cult⁹ maxime ſunt diuq̃ obſeruandi. Ex utili autē dicemus: quod ad rei pecuniariae impēſam aut priuatim aut publice conduceret: ubi pro patrio more ſacrificijs ſit inductū. Et quo ad ciuiū audentiā ea res confert nō mediocriter quippe quod grauioris armaturae peditibus equitib⁹q̃ ac uelutibus ludos celebrantibus: ciues ea ambitione delectati audētiores ſient. Ab honeſto autē dicemus: ſi hoc modo celebritates pulchras ſpectari cōtigerit. A iucunditate uero: ſi & uarietas quādam circa deorū ſacrificia ad aſpectandū acceſſerit. A poſſibili autē: ſi in ei⁹ cōmodi ludis nihil fiat: neq̃ parum neq̃ nimis. Cum igit in rebus diu cōſtitutis cōſultatio nobis habet: cum hāc tractamus: opere precii eſt de antedictis: aut de horū ſimilib⁹ cōſideremus & ea p rei natura edoceamus. Cū uero cōſultemus ut ad ſplendidiorē quendā apparatū ſacrificia traducant: ea ſunt cauſae nobis afferendae: quibus merito cōſuetudines patrias mouere uideamur: dicti tantes addere praſentibus quicq̃ id haud eſſe ſoluere: ſed augere potius res antea conſtitutas ac firmatas. Deinde quod & conſentaneū ſit: deos immortalis beniuolentiores in eos eſſe: a quib⁹ magis uenerent. Item quod neq̃ maiores ipſi eundem ſemper modū in ſacrificijs obſeruabant: ſed pro tempore proq̃ ſecundis rebus: & priuatim & publice deorū cultum legibus ſanciebāt. Poſtea uero quod & ueluti in cæteris rebus omnibus cōſueuimus: ita & reſpublicas: atq̃ priuatas dom⁹ adminiſtramus. Dicaſ em opus eſt: ſi qua ex his ita conſtitutis utilitas ciuitati: aut ſplendor: aut uoluptas futura eſt: quae quidem omnia ita tractabis: ueluti in ſuperioribus dictū eſt. Cum ad humilius exhortemur: primū quidem tēporibus eſt accommodanda oratio: dicēdūq̃ quibus in rebus deſertius nunc habeāt: q̃ antea habuiſſent. Deinde uero quod ne cōſentaneum quidē ſit deos ſacrificantiū ſumptibus ſed pietate potius gaudere. Item quod eos qui ſupra uires quicq̃ faciunt: & dij & homines q̃ ſtultiſſimos iudicant. Demū uero quod nec in hominū arbitrijs publici ſumptus modo: uerū & in ſecūdis aduerſiſq̃ rebus exiſtunt. Haſ igitur cauſas & harum ſimiles in ſacrificiorū ppoſitionibus habebimus. Vt autem & quae ad optimum ſacrificium pertinent: ſciamus & exponere & ſancire: hoc etiam definiā. Eſt enim id unū omnium quidem optimū ſacrificiū: quod aduerſus deos pie ac diuine: ad ſumptus uero moderate: ad bellū autē

Ex utili

Ex honeſto

A poſſibili

De apparatu
ſplendore

Ab humiliore
apparatu

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

A legibus &
ciuili cōstituti
one
Lex quid

utiliter: ad spectacula uero splendide habuerit. **A**dversus autē deos habebit pie: si patriæ cōsuetudines institutaq; nō soluant. **M**oderate uero ad sumptus: si non quæcūq; ad pompā missa fuerint: cōsumant. **A**d bellū autē utiliter: si equites & milites una cōposite ludos agant. **A**d spectacula uero splendide: si & auro & his hmoi rebus quæ haud cōsumunt: magnifice quis uti. **Q**uæ igit aduersus deos seruanda sunt: perpulchre ex his cōstituemus. **E**x ijs uero quæ antea dixerimus: plane scire poterim: quibus modis oratio de unoquoq; sacrificadi genere haberi possit. **D**e legibus autē deq; cōstitutione ciuili rursus eodē modo tractemus. **E**teim leges sunt ut summam dixerim: ciuitati publici cōsensus: qui scriptis terminant atq; imperāt qui unūquodq; agendū sit. **E**x uero leges colēdæ sunt quibus magistratus parui quidē ac multi ex sortitione id qd seditione uacat. **M**aximi autē ex toti⁹ multitudinis suffragijs in popularibus principatibus designent. **I**ta em & ipse populus qm in ipso sit eos donare honoribus: quos uoluerit: haud quaq; accipientibus inuidebit: & clariores magis magisq; pbitati studebūt: ut pote qui intelligāt usui sibi futurū apud ciuis se probari. **Q**uæ igit circa comitia in populari dominatu sanciri oporteat: hæc sūt. **Q**uæ uero ad reliquā administrationē pertinent: singillatim exponere operosum admodum fuerit. **V**erū ut breuiter dixerim: id obseruari oportet: ut multitudini leges impedimento sint: ne locupletum rei insidientur. **D**iuites autē inducāt: ut ultro ad publica ministeria munificentissimi sint: hoc autē assequi poterunt: si locupletes p ea quā in publicum munificentia exhibent statutis quibusdā honoribus ab ipsis legibus donent. **S**iq; & agricolas pauperibus: & nauium gubernatores uectoribus anteponāt. **S**ic em & locupletes nō inuiti rei publicæ inseruiunt: & plæbes nō calūniæ: sed ministerijs studebūt. **O**pus est præterea ea in conditis legibus sacritatem inesse: qua neq; agrū ad ægestatē redigere: neq; morientū substantias publicare fas sit: & magnos ijs cruciatus inscribere qui hæc obseruare neglexerint. **D**ecet autē aliquē his honestū sepulturæ locum ante urbem publice dari: qui pro patria bellando perissent: & eorum filios ad pubertatem usq; publicis alimentis nutrirī. **H**uiusmodi igit leges in populari principatu ferendæ sunt. **I**n oligarchijs uero quæ paucorum dominatu administrantur: magistratus æque sunt in omnes illius ordinis uiros distribuendi legibus. **H**orum autem plurimi quidē ex sortitione: maximi uero magistratus occulto suffragio & iureiurando & magna cū diligentia atq; studio decernēdi sunt. **I**n eos autē qui ulla in ciues uti cōtume-

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

lia perrexerint: maximæ sunt poenæ constituendæ. **P**labes namq; nō ita ægre patitur: quod magistratibus caret: qui grauius & moleste fert: quod afficit contumelia. **C**iuium autem cōtrouersias per breui dissoluere neq; in tempus trahere cōuenit. **N**eq; uulgus in urbem ex agro est cōgregandū. **N**ā ex huiusmodi cōuenientibus plæbes turbant: paucorūq; principatus rescindūt. **V**t paucis igit dixerim: debēt in popularibus principatibus leges cohibere plabē: ne locupletiorū bonis inhient insidenturq;. **I**n paucorū uero principatibus auertere illos qui rempublicā gerunt: & ab imbecillorum cōtumelijs & a calūmnijs insimulationibusq; in ciues. **Q**uæ igit & in legibus & in omni cōstitutione ciuili desyderanda obseruandaq; sunt: ex his cognosces. **I**s aut orator qui quicq; lege suadere uoluerit. hanc ostendat: oportet: æqualem esse ciuib; & reliquis legibus consentaneam ciuitatiq; cōducibilem ad quietem & concordia maxime: uel ad ciuiū pbitatē: aut ad publica tributa: aut ad ipsius reipublicæ gloriā: aut ad urbis potētia: aut ad aliud huiusmodi aliquid usui cedere. **A**dversarius uero primū cōsyderabit an minus lex illa cōmunis sit omnib;. **D**einde an reliquis legibus nō cōsentiat sed aduerset potius quodāmodo: præterea an ad hōrū quæ ante dicta sunt cōductura sit nihil: sed contra docitura potius. **D**e legib; igit deq; cōstitutione ciuili: ex his & cōtendēdo & orādo nobis facili⁹ aditus fiet. **D**e socijs aut deq; aduersus alias urbes fœderib; dicere incipiem⁹. **F**œdera igit atq; eorū ordines necesse est publicis cōuentionib; fiāt. **S**ocij uero p ea tēporū sunt cōditione faciūdi: cū aliqui suis uiribus infirmi sunt: aut bellū aliq; uidēat impēdere. **A**ut eo est cū aliquib; ineunda societas: qd bello quosdā a se defecturos putēt. **H**æ igit sunt causæ: hisq; cōsimiles: qbus pluris nobis asciscim⁹ socios. **N**ecessē est aut cū ineundā societate psuadere uolueris: eā maxime tempestiuā ostēdas declarēsq; eos socios apprime iusticiā colere: & bene antea rēpublicā affecisse: effecq; potētissimo & in pximo residere. **Q**d si min⁹ hac oīa potueris: quæ suberūt oratione cōplectere. **C**ū aut societate dissuasēris: primū ostendas oportet: haud nūc eam facere opus esse: deinde quod neq; ij iusti sunt: postea uero quod & male nos prius affecerint. **S**i id minus poterimus: dicemus eos a nobis porro habitare: neq; facultatem ijs esse quo nobis opportune adsint auxilio. **E**x his igit hisq; similibus circa faciundas: aut nō faciūdas societares & dissuadendi suadēdiq; usum facile cognoscem⁹. **R**ursus aut & pacis & belli faciūdi maxima nobis argumēta capiātur. **C**autā itaq; bellandi aduersus aliquos sunt huiusmodi. **P**ar autem

Contrarium

De societati
bus & fœde
ribus

Contrarium

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

est de his tempestiue nūc ultionem capiamus: qui nos antea iniuria laceffuerunt: aut nunc iniuria prouocati pro nobis ipsis: aut p cognatis: aut p ijs qui benefici erga nos fuerint: aut qui auxilio sumus iniuste affectis socijs: aut publica pro utilitate: aut ad gloriā: aut ad opes: aut ad uires: aut ad aliud quippiam huiusmodi bellū suscipiamus. **Cum** igit ad bellum auditores uoluerimus exhortari: debemus ex his causis q̄ plurimas dicendo complecti: ac demū demonstrare eorū plurima: quibus bellantes superiores fiant ipsis auditoribus adesse. **Superiores** etenim omnes sūt: aut deorum beniuolētia: quā bonā fortunā appellauerimus: aut corporū multitudine atq; robore: aut pecuniarū affluentia atq; imperatoris prudentia: aut uirtute sociorum: aut opportunitate locorū. **Ex** his igit & similibus quæ maxime rei congruant: bellum summi oportere exhortabimur aduersariorū partes deprimendo: nostras aut augēdo atq; amplificando. **Quod** si futurū bellū impedire studuerim⁹: primū eā causā inueniendā sunt: quibus demōstret aut omnino nullā aut paruas humilesq; molestias afferri: quibus ad bellū rapiamur. **Deinde** quod bellum minime cōducit: eritq; percurrēdū quæ hominibus bello soleant accidere calamitates. **Ad** hoc item ostendendum quæ uictoriā solent in bellando efficere: ea hostib⁹ magis adesse. **Hæc** aut sunt quæ paulo ante cōmemorauim⁹. **Futurū** itaq; bellū ex his rebus dissuademus. **Quod** si ab instanti bello quiescendū esse cohortabimur: si quidem cōsultores superiores fuerint: hoc ipsum primū dicendum erit: decere eos qui mente ualent haud operiri quo ad casum eant: sed cum uincūt: pacem faciendā sjs esse. **Deinde** quoniā ea belli natura sit: ut & plerōsq; ex eis qui secunda in eo fortuna primū usi sunt: ad postremum perdat. **Pacis** uero cōtra: ut & uictos seruet: & uictoribus rerū bello adeptarum fructum afferat. **Exponendū** etiā erit eas quæ in bello: cū multæ: tum uariæ mutationes fieri solent. **Qui** ergo superiores in bello fuerint: ex huiusmodi rationibus ad pacē exhortabimur. **Eos** autē quibus aduersā in bello res extiterint: tum ex ipsis calibus exhortabimur: tū ue a quibus iniuriā ante susceperint: suis calamitatib⁹ admoniti irritare eos pergant: tū ex his periculis quæ antea q̄ pacem noluisse perpessi fuerint: tum deniq; quod satius partē aliā quā suarū fortunarum potioribus ipsis cedere: q̄ bello periculose decernere: quo ipsi una cū sua repareant. **Summatim** aut id sciamus oportet: tūc solere omnis homines bellū inuicem soluere: cū aut iusta hostes rogare arbitrēt: aut cū aduersus socios ulla fuerit exorta contentio: aut bello defatigati sint: aut aduersarios timue

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

runt: aut ipsi inter sese dissideant. **O**brement quæ ex his omnibus atq; horū similibus cōmodatissima in rem fuerint: colligēs: q̄sa-
cillime & de bello poteris & de pace differere. **R**eliqū est ut de pe-
cunijs cōparandis iam loquamur. **P**rimū igit̃ considerandū erit:
si quid ex urbis possessionib⁹ neglectū est: & neq; redditū afferat:
neq; dijs immortalibus dedicatū sit: ueluti sint quidā publici loci
iam neglecti: ex quib⁹ aliquis prouētus ubi ij priuatis hominib⁹:
aut uēditi mercede exculi fuerint: ciuitati fiat: huiusmodi namq;
census omniū maxime cōmunis est semper: quod si nihil sit huius-
modi: necesse erit pro singulorū copijs tributa inferant. **V**t paupe-
ribus quidē indicū sit corpora: locupletibus autem pecunias: opi-
ficibus uero arma præstent aduersum pericula. **S**ummatim autē
oportet eū qui de huiusmodi prouentibus narret dicere eos æqua-
lis ciuib⁹ & diuturnos ac magnos esse: hostibus autē secus. **P**ro-
positiones igit̃ de quibus in deliberatiuo uerba faciemus: & harum
partes de quibus orationē & suadendo & dissuadēdo cōstituem⁹:
ex antedictis cognoscemus. **R**ursus aut̃ propositiones de laudati-
ua uituperatiuaq; specie deinceps dicere aggrediemur. **L**audatiua
igit̃ species: ut cōpendio utar: est & uoluntatum & rerū gestarū &
uerborū illustrium amplificatio: & eorum quæ absint accōmoda-
tio. **V**ituperatiua aut̃ cōtra illustrium horū extenuatio: obscurorū
uero exaggeratio. **E**t digna quidem laude ea sunt: quæ iusta: quæ
legitima: quæ utilia: quæ honesta: quæ iucūda: quæ facilia factū
sunt: quæ quidem omnia cuiusmodi sint: & quo pacto ijs abūdā
utamur: in superioribus dictū est. **O**portet aut̃ eū qui laudat: ora-
tionem ostendat in hoc seu homine seu in rebus huius aliquid in-
esse: quod aut ipse gesserit: aut per ipsum manarit: aut ex hoc cōti-
gerit: aut huiusmodi gratia factum fuerit: aut quod sine hoc patra-
tum nō sit. **E**odem uero modo & uituperator ostēdat: oportet: ho-
rum cōtraria inesse in illo quem uituperatū uelit: quod ex hoc cō-
tigerit hoc modo. **E**x studiosa corporis exercitatione uictoriæ con-
tingunt: & ex ocio in ægrotationem incidiť. **I**tem ex philosophiæ
studio homines circa prudētiā sunt acriores: **E**t ex negligētia sunt
rerū necessariarū indigētes: qđ huiusmodi gratia factū fuerit: hoc
modo. **V**t a ciuib⁹ coronent̃ permultos labores permultaq; pe-
ricula mortales perferunt: & ut ijs quos diligunt gratificent̃: aliud
curant nihil. **Q**uod aut̃ sine hoc patratū nō sit: hoc modo. **N**eq; si-
ne nautis naualiū pugnarū uictoriæ: neq; sine potu ebrietates fiūt.
Hæc autē atq; his similia proinde ut superiora percurrens & lauda-
re & uituperare abunde poteris. **A**mplificatiōes uero extenuatio-

De pecunijs
cōparadis

De genere de
monstratiuo

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

nesq; ac talia simul quæq; hoc modo tractabit. **Primū** quidē ostēdes ueluti modo docebamur: ab hoc multa uel bona effecta esse. **Vnus** igit̃ amplificandi modus hic est. **Secundus** autē modus est cū iudicatū aliquid transfers: si quid laudes: bonū: sin aut̃ uituperes: malū. **Deinde** cōferas: oportet: quod abs te dictū sit: & ad iuicē cōpares ex tuis maxima: ex aduersarij uero dictis minima euarrādo: & hoc modo magnū illud iudicatum ostendas. **Tertius** modus est: ut ad illud quod abs te dictū est: minimū quid ex his quæ sub eandē speciē cadūt: compares. **Sic** enī quod abs te dici maius apparebit: ueluti mediocri statura hoīes maiores apparent: cū ad minores cōparant̃. **Amplificare** aut̃ poteris hoc modo: **Si** magnū sit hoc bonū iudicatū: magnū appareat malum: necesse est: ubi cōtrarium huic aliquid narraueris. **Eodem** uero modo: si magnum malū existimaſ: ubi huic contrariū dixeris: magnū bonū apparebit. **Amplificabis** aut̃ & hoc pacto uel bona uel mala: si eum gradatim ostenderis: quod prēmeditatus iam diu fuerit: quod de industria multa gerere aggressus sit: quod p̃ multū tempus gesserit: quibus cū nemo alius: quod post hos post quos alius nemo quod sponte quod ex sententia quod si omnes pariter atq; hic fecerim?: profecto bene beateq; aut contra male misereq; uixerimus. **Oportet** aut̃ & cōsequenti cōtinuatione uti: & rem alterā tanq; in alterā p̃perando amplificare hoc modo. **Cui** uero amici curæ sunt hunc rectē consentaneum est suos etiā colere parentes. **Qui** autem suos parētes colit: hic profecto uolet etiā patriæ benefacere. **Summatim** autem si multarum siue bonarum siue malarum rerum eū causam ostenderis: eā magnā uideant̃ necesse est. **Considerandū** est etiā: qualis res ipsa uidebitur: eam suis partibus diuidendo singillatimq; narrando: quæq; maior uisa fuerit: eam hoc modo explicare cōueniet. **Amplificando** igit̃ ubi hoc pacto tractaueris: & plurimas facies & maximas. **Extenuabis** autem in dicendo & bona & mala si contrario modo tractaueris: **Sicuti** in magnis dixeramus: & tum maxime cum nullius eum rei auctorem demonstraris: uel si id minus quod minimarum & paruissimarū. **Quomodo** igitur & laudando & uituperando amplificabimus: atq; extenuabimus: quæcunq; uoluerimus scire ex his poterimus. **Amplificationum** autem causæ in alijs quoq; speciebus utiles sunt. **Sed** plurima ipsarum uis in laudationibus uituperationibusq; cōsistit: **De** quib⁹ quidē ex antedictis plane adiūmēta nobis suppeditabim⁹. **Ursū** autem simili modo accusandi defendendiq; speciem r̃ quæ circa iudicalem uersatur causam: quibusq; rebus con-

Degenerē iudiciali

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

stat: & quomodo ijs uti conueniat diuidamus. **A**ccusatio quidem **Accusatio qd**
 est: ut breuiter dixerim: iniuriarum delictorumq; expositio. **D**efen- **Defensio qd**
 sio autem est delictorum & iniuriarum: quæ uel in accusatione uel
 in suspicionem uenerint dissolutio. **C**um utraq; uero species hanc
 uim habeat: accusatori quidem dicendum est: quādoquidem im-
 pbitatis aduersarios criminetur: eorū facinora & iniusta & iniqua
 esse: accitium multitudini perniciofa. **C**um uero stulticiæ crimine-
 tur: quod & ipsi agenti inutilia ea sunt & turpia & iniucunda: &
 quæ perfici nullo pacto queant: hæc & his similes aduersus impro-
 bos uanofq; argumentationes sunt. **E**st præterea & hoc accusato-
 ris obseruandum aduersus cuiusmodi crimina supplicia sunt a le-
 gibus constituta: & circa quæ ipsi iudices multas definiunt: cum
 lex itaq; pœnam definierit: hoc est dumtaxat accusatori conside-
 randum ut demonstret facinus patratum esse. **C**um iudices autem
 crimen admissum sciunt: crimina illa quæq; aduersariorumq; de-
 licta augeri conuenit: ac maxime quidem demonstrari sponte illū
 & de industria non forte quadam: sed debita uahementer opera
 iniuriam intulisse. **Q**uod si min⁹ hoc fieri abs te potuerit: putāsq;
 potius ab aduersario demonstratū iri se modo quodam deliquis-
 se: aut qd hæc agere probe meditato sibi minus prospere successerit:
 debes uenire apud auditores auditum intercludere. **I**nquies ne
 quaq; aduersarios decere ut post gestum negocium se impruden-
 ter errauisse dicant: sed ante potius uereri q; gerant. **D**einde quod
 quis ille imprudēter gesserit: aut ei aduersæ successerit: oportet ip-
 sum tam ob casus atq; imprudentiam lōge mulctari magis q; qui
 horum neutrum ppetraisset. **P**ræterea quod etiam legumlator eos
 qui imprudenter deliquissent non pene immunes: sed iudicio ob-
 noxios fecit: ne omnibus errando noceant. **D**icendum est etiā qd
 si talia respondentem admiserint: nonnullos sunt habituri ad iniu-
 riam q; promptissimos. **N**acti nāq; occasionem quæcunq; uolue-
 rint efficient. **S**i uero aberrauerint rem in fortunā reijcientes: sup-
 plicio se liberabūt. **A**ccusatores igit ex huiusmodi rebus ueniæ lo-
 cus auferendus est: sicuti antea dictum est: multorum malorū cau-
 sæ aduersariorum facinora per exaggerationes demonstrāda sunt.
Species igitur accusandi perficitur ex his partib⁹. **D**efendendi aut **Defendendi**
 species
 species tribus præceptis constat: **A**ut enim defensori ostendēdum
 est: se nihil eorum quorū accusat: patrauisse: aut si cogat fateri: eni-
 tendum est ut gestum a se negociū & legitimū & iustum & hone-
 stum & publicæ utilitati usui esse ostendat. **S**i hoc autē ostendere

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

nequiuerit: aut in imprudentiā: aut in fortunā gesta negocia cōfe-
rens: & iacturas ab his profectas q̄ minimas ostendēs: ut sibi igno-
scatur: operam dabit. Iniuriā autē & imprudentiā & casum ita de-
finias: quod ex meditatione mali sit quippiam id iniuriā ponere:
inquiens oportere poenas maximas in huiusmodi rebus capere:
Quod uero per ignorātiā detrimenti quid agi: imprudentiam
esse dicendum est: quod aut nō sponte: sed aliena potius ui aut for-
tuna quadā nihil eorum quā rectis consilijs administrata sunt: p-
ficit: casum esse ponendū est: dicitōq; iniuriam inferre malorū esse
hominū propriū. **I**mprudenter uero delinquere & circa rem geren-
dam aduersam fortunā pati: nō esse sibi priuatim modo sed & cō-
mune & ipsoꝝ iudicium & aliorū quorūq; hominū: coactus autē
ex huiusmodi causis quid fateri: ut tibi ignoscat: precabere. **E**t ut
per imprudentiā casumq; delinquere tibi cū auditoribus ipsis cō-
mune esse ostendas: studebis. **O**portet autē defensorem undiq; in-
tueri: quibus in criminibus leges supplicia iussere. **I**udices uero ip-
si pecunijs puniuntur. **E**t cum lex supplicia iusserit: demonstrandū
erit: aut omnino nihil patrauisse: aut legitime iusteq; fecisse. **C**um
iudices uero constituti fuerint punitionis extimatores: rursus eodē
modo aut dicendū est: quod hæc non egerit: sed elaborandum est
potius: aut ostendat se paruo detrimento aduersarium affecisse: &
inuitum deliquisse. **E**x his igit atq; similibus accusando defenden-
doq; uerba suppediābim⁹. **R**eliquum est: ut iam quæstionis spe-
ciem pertractemus.

De quæstiōe

U T igitur summatim dixerim: **Q**uæstio est uoluntatū uel re-
rū uerborū ue adinuicem aut ad aliā dissentientem uitam
demonstratio. **O**portet autē quærentem quærere sicubi aut
uerbum eius quē quæret aut actiones aut uolūtates inter se discre-
pant. **P**ræceptum uero hoc sit. **C**onsiderandū erit in præterito tem-
pore: si cui quis antea amicus cum esset: rursus inimicus & iterū
hinc ipsi amicus effect⁹ fuerit: aut aliud quid cōtrariū aut qd̄ petu-
lantiā & flagitium ferat gesserit gessurusue sit: si quando ipsi detur
ocasio quod antea actis rebus eius contrariū sit. **I**dentidem quoq;
intuere: si quid dicendo contrarium nuncijs dicit quā prius ab eo
dicta fuerint: aut si quid ips quā dicunt aut quā antea dicta sunt:
contrarium dixerit. **E**odemq; modo si quid dicere uoluit ips cōtra-
rium: quā ab ipso ante dicta sunt: aut uelit opportunitate oblata.
Identidem uero assumendæ sunt etiam ad alia præclara studia eius:
qui quærit uitæ cōtrarietates. **Q**uærēdi ergo speciem si hoc pacto
tractaris: nullū relinques quæstiōis modū. **H**arū autē omnium spe-

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

cierum quas superius partiti sumus: oportet etiā diuīsim qualibet pro cōmodo uti: & una ipsarum proprietates cōmiscere. **H**ae nāq; differētiās habēt maximas. Enimvero cōmunis earum est ad inuicem usus: & idē quod & hominū species patiūt. **H**i nāq; partim similes sunt: partim uero dissimiles: tum aspectib⁹: tū etiā sensib⁹. **S**ic autē determinatis speciebus: rursū quibus indigent: cōmuniter enumerabimus: & quō his uti cōueniat quāremus.

Primū igit: & iustū: & legitimū: & utile: & honestū: & iucundum: reliquaq; deinceps: quēadmodū ab initio sum partitus: speciebus omnibus sunt cōmunia. **V**erū tamē maxime in suadendo his utimur. **S**ecūdo autē loco amplificatiōes extenuationeq; praeter ceteris omnib⁹ utiles sunt. **H**arum uero usus in laudem ac uituperationē maxime cadunt. **D**emum autē probationes sunt: quibus & si circa omnis causarum partes utendū est: in accusationibus tamē defensionibusq; q̄utilissime sunt. **H**ae nāq; plurimae controuersiae indigēt. **S**unt praeterea & praecupationes & postulata & iterationes & orationis p̄plexitas & p̄plexitatis modus & breuitas & interpretatio. **H**ae em̄ & his similia speciebus omnibus sunt cōmunia. **Q**uoniā igit de iustis & legitimis ac de his similibus prius determinauimus & eorū usum enarrauimus: & de amplificationib⁹ quoq; extenuationibusq; diximus: iam de alijs declarabimus.

Ut igit a p̄bationibus primū incipiamus: duo sunt earū genera: **F**iūt em̄ aliae quidē ex ipsis uerbis & negocijs & hominibus. **A**liae uero appositae sunt ijs quaeq; dicunt & quae gerunt. **N**ā Iota: & exempla: & cōiecturae: & cōmētationes: & sententiae: & signa: & argumēta: & p̄bationes ex ipsis uerbis & omnib⁹ & negocijs sunt. **A**ppositae autē p̄batiōes: testes: iuramēta & quaestiones existunt. **O**pus est autē harū unāquāq; p̄bationū intelligere: qualis sit: & unde idonea in eam uerba abunde nobis suppetēt: & quid demū ea inuicē differunt. **ΕΙΧΟΟ**: Icos: igitur quod p̄babilem p̄positionē dicimus: illud est: quod cū dixeris: auditoribus in mentibus eius exempla tenēt. **D**ico autē ueluti: si quis inquit uel le patriā magnā esse: & necessarios rebus secūdis uti: aduersus autē inimicos atq; his similia summatim p̄babilia uideant. **Q**uilibet em̄ auditorū qui huiusmodi desiderijs teneat: **I**pse sibi de hisce deq; similibus rebus conscius est. **Q**uobrem hoc nobis in dicendo semp suadendū est: si rei de qua loquimur: cōscios auditores perceperimus: **H**isce em̄ rebus par est credere eos maxime. **V**is ergo p̄babilis ē huiusmodi. **I**psum uero in tris distribuemus species. **V**na qui

De probationibus

ΕΙΚΟΟ

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

dem est: quæ eas perturbationes accusando aut defendendo uerbis cōprehēdit quibus homines natura afficiunt: **V**eluti si quem, aliqui floccipenderint: aut timuerint: aut eandē rem sapissime fecerint: aut iterū uoluptate uel dolore uel libidine affecti fuerint: aut cupiditatem uacarent ut diuitijs abūdarint: aut aliā hmōi perturbationē siue animis: siue corporibus: siue aliquo illorū sensuū quibus homines afficiunt: passi fuerint. **H**æc nāq; & his similia quæ cōmunes sunt humani ingenij perturbationes: auditoribus nota sunt. **Q**uæ igit̃ secūdum naturā hominib⁹ fieri consueuere: quæq; dicendo comprehendenda dicimus: sunt huiusmodi. **A**ltera uero probabilis pars est mos: quē pro cōsuetudine singuli facim⁹. **T**ertia uero species lucrū est. **N**am sæpe lucrādi gratia naturæ uim asferentes cōsulto mores inducimus. **H**is autem ita determinatis in suadendo quidem ac dissuadēdo demonstrare pro quasitis oportet: ut hoc negociū ad quod ipsi exhortamur: uel cui aduersamur: ita sit sicuti a nobis diciē: **V**el ut ea quæ huic negotio similia sunt hoc modo fiunt: quo nos dicimus aut plurima aut omnia. **C**ontra res igit̃ hoc pacto probabile est capiendū. **C**ontra homines uero in accusationibus quidē si potueris: demonstrabis aduersariū hoc idem negociū sæpe antea patrauisse. **S**in id minus poteris: huic similia demonstrato. **O**stendere aut̃ elabora quod hæc facere cōducibile ei fuerat. **H**ominū aut̃ plurimi quoniā ipsi utile omnibus rebus anteponūt: **I**dem etiā alios omnia gerere huius genera facile putant. **S**iquidē igit̃ ab ipsis aduersarijs probabile capere poteris: **I**ta illud inducito. **S**in id minus quiueris: a similibus tibi quæ hoīes cōsueuere inferēda sunt. **D**ico aut̃: ut hmōi iuuenis est quem accusas: quæ ij qui id ætatis sunt agunt: hæc ipsum fecisse dicito. **N**ā p similitudine etiā quæ aduersus hunc dicunt̃ facillime credetur. **E**odemq; modo si eius socios tales ostenderis: qualē hunc esse dicis. **E**tem ob eā quæ huic cum illis consuetudo est: uidebit̃ ijsdē rebus indulgere quibus amici solēt. **I**taq; pabile accusatoribus hoc pacto tractandū est. **D**efensores aut̃ maxime ostendant: oportet: ut minime prorsus omniū quicq; antea earū reꝝ quarū insimulanē neq; ipsi neq; amicorū aliquis neq; ipsorū similiū quis unq; egerit: utq; nihil in ijs utilitatis cōsequi potuisset. **Q**uod si liquidū sit hoc idē te antea patrauisse: causam in atate reijcies: & aliquam hmōi aliā afferes causam: quā tūc nō absurde narraueris. **D**ic aut̃ nec ea tēpestare: dū hæc gesseras: cōduxisse tibi: nec etiā nūc conducere potuisse. **S**in aut̃ nihil abs te hmōi patratū sit: sed ex tuis amicis aliqui talia quædā fecerint: dicendū est haud quāq; iustū esse

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

te ab illis calūnia affici: **E**ritq; demonstrandū eorū socios qui tibi consuetudine iuncti sint: & moderatos & honestos esse. **S**ic em̄ in simulationē ambigam reddes. **Q**uod si similiū aliquos demonstra- rint eadē patrauisse: absurdū esse inquires: si ppter ea quod alij qui- dam deliquisse appareant: creditū erant: te eorū aliquid quibus in iudiciū arcesseris factitasse. **S**i quidem igit̄ inficiatus fueris: haud ea fecisse quorū accusaris: sic te per probabilia respōdere oportet. **I**ta nāq; accusationis uerisimilitudinem infirmabis. **S**i uero fateri cōpellaris ex multorū cōsuetudine similitudinē negocijs tuis uen- dica: q̄ maxime inquires ut plurimi uel potius omnes & hoc & si milia agūt: sicuti etiā abs te factitatū sit. **Q**uod si hoc demonstrari ne- queat: cōfugiendū est ad casum & ad imprudētiā: & ut ibi ignosca- tur enitendū: **O**mnēs q; hoīm p̄turbationes quib⁹ rōne deficiunt cōplectēda. **H**ae aut̄ sunt: **A**mor: **I**ra: **V**inolētia: **A**mbitio: & his si- milia. **I**taq; his p̄ceptis p̄babile pulcherrime tractabimus.

Factitatum

De exemplis

Exempla aut̄ sūt res ijs quae factae sunt: similes: & his de qui- bus nūc loquimur cōtraria. **I**is uero utendū est: cū q̄ ipse affirmas: ubi minus uerisimile sit: id te perspicuū facturū di- cas. **N**am si minus fidei per probabile p̄ster: ubi didicerint rem aliā ei similē de qua loqueris ita habuisse ut a te dicir̄: magis credi- derint uerbis tuis. **S**unt aut̄ explorū duo genera. **R**es nāq; par- tim rōne: partim p̄ter rōnē sūt. **Q**uae uero rōne fiunt: facile cre- dunt̄. **Q**uae aut̄ p̄ter rationē: nō credunt̄. **D**ico aut̄: sicuti si quis ait diuites eē pauperib⁹ iustiores: adducitq; iustas aliquas uiroz diuitū actiones. **H**uiuscemodi exempla secūdū rationē uidē esse. **P**lurimi em̄ putāt diuites pauperibus iustiores. **Q**uod si quis rur- sus enūciat diuitū quosdā ob pecunias iniuriā intulisse: eo usus ex- emplo: quod p̄ter rōnē sit: plane afficiat quo locupletibus fidei minus adhibeat. **I**dētidē etiā si quis earū rerū exemplum afferat: quae rōni similes sunt: qm̄ **L**acedaemonij quādoq; aut **A**theniēses freti essent magna sociorū manu: hostes expugnauere: & sic audi- torib⁹ suadet socios multos esse faciūdos: **H**ic ergo exēpla secū- dū rationē sunt. **O**mnēs em̄ existimāt in bellis multitudinē nō pa- rū momēti ad uictoriā ferre. **S**i quis aut̄ ostēdere uoluerit nō hanc esse uinēdi causam: earū rez utat̄ exemplis: quae p̄ter rōnē factae fuerint: **I**nquires ut athenarū exules cū quinquaginta primum ui- ris dūtaxat & tribu assumpta etiā aduersus eos qui admodū plu- res i urbe fuerāt: quāq; **L**acedaemonijs socijs utebāt: bello i urbe redire. **T**hebanī aut̄ **L**acedaemonijs atq; oib⁹ p̄p̄ **P**elopōnesi- b⁹ **B**oetiā impetū faciētib⁹: **H**i soli ad **L**euctra cōmisso praelio **L**a-

**Quot genera
exemplorum**

**Lacedaemonij
Athenienses**

**Lacedaemonij
Thebani
Lacedaemonij
Pelopōneses
Boetia
Leuctra**

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

Dion cedamioniorū uires perfringere. **Dion** uero **Syracusanus** cū militi-
Dionysius bus tribus milibus **Syracusas** nauigās: **Dionysium** longe maiore
Corinthij ui fretū debellauit. **Idem** autē & **Corinthij** cū in **Syracusanorum**
Syracusani auxiliū nouem triremibus issent: **Carthaginenses** qui centum &
Carthaginē- quinquaginta nauib⁹ in **Syracusanorū** portus applicuissent: atq;
ses urbem omnē prater arcem haberent: nihilo tamē minus expugna-
 uere. **Summatim** uero hęc atq; his similia quę prater rationem
 sint gesta: ea inconsultationes improbare cōsueuere quę p ratio-
 ne fiunt. **Exemplorum** igit natura est huiusmodi. **His** uero utroq;
 modo utendū est. **Nam** cū res quę ratione fiunt dixerimus: osten-
 demus ut plurimū hoc pacto negocia perfici. **Cum** autē quę prater
 rationem fiunt: loquimur: afferemus quęcūq; temeritate ui-
 denter facta rectissimo fine cōclusa. **Cū** aduersa autē hoc dixerint:
 oportet ostendere: hęc perinde ac fortunato casu aliquo accidisse.
Eritq; dicendū eiusmodi res q̄ rarissime cōtigisse: quę uero ad te
 narrarent: q̄ sapissime. **Exemplis** igit ita uti conuenit. **En** uero cū
 ea quę nulla ratione sunt facta: in mediū attulerimus: opus est eo-
 rum q̄ plurima cōplectamur: dicamusq; nihil ea magis q̄ hęc fie-
 ri cōsueuisse. **Exemplis** uero nō ex his solū: uerum etiam ex cōtra-
 rijs est utendū. **Sicuti** si ostēderis auare quosdam usos socijs: & p-
 pterea ipsoꝝ solutam amicitia & asseras: nos uero si æqualiter ac
 pro cōmodis erga ipsos rem gesserimus: societate multū temporis
 cōseruabimus. **Et** iterū si quos alios quoniam imparati descendis-
 sent in bellū: deuictos superatosq; ostendas: ita dixeris si instructi
 bellū aggredi uoluerimus: meliores certe spes de uictoria habueri-
 mus. **Multa** uero assumens exempla: tum ex prateritis: tum etiam
 ex instantibus negocijs. **Plurima** nāq; res partim similes: partim
 dissimiles inuicem sunt. **Ob** rem ob id causę exemplis abunda-
 bimus: & quę ab alijs dicunt: haud difficile refellem⁹. **Exemplorū**
 ergo genera: & quomodo ijs uti oporteat: & unde multa capi-
 enda sunt: ex antedictis cognoscere possumus.

De cōiecturis **C**oniecturę autē sunt: quęcūq; ijsce rebus de quibus om-
 nis habet dictio: repugnant: & quibus ipsa sibi oratio ad-
 uersat. **Auditorū** em plurimi his cōtrarieratibus: quę dicē-
 do agendoue cōtingunt. **Coniectant** sani inesse nihil neq; in dictis
 neq; in factis quidem. **Multas** autem capies coniecturas intuens:
 siue ipsa sibi aduersarij contradicit oratio: siue res ipsa est dictioni
 contraria. **Coniecturę** igit huiusmodi sunt: & ita uti ubertim poteris.

De cōmentar- **C**ommētationes uero sunt: nō eā modo quę orationi atq;
tionibus negocio aduersantur: sed & alijs rebus omnibus. **Assumes**

DE CAVSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

aut multas easq; tractabis: quemadmodum in quarēdi specie dictū est. **C**onsiderabis etiā sicubi ipsa sibi dissentit oratio: aut si gesta negotia iustis: aut legi: aut utili: aut honesto: aut possibili: aut facili: aut p.abili: aut mori dicentis: aut rerum cōsuetudini aduersatur. **H**uiusmodi igit cōmētationes sunt contra aduersarios assu- mendae. **H**is uero cōtrariā p nobis dicendae sunt. **Q**uipe qui ostēdamus & negotia & uerba nostra iniustis & ex legibus & inutilib; & improborū hominū moribus & summatim his qui neq; cēsenē maxime aduersari. **O**portet aut harum singulas breuiter & nominibus q; paucissimis eloqui. **C**ōmētationibus igit hoc modo cō- piofissime uti optimeq; poterimus.

Sententia uero ut summatim dicā: est aduersus res omnes opinio- nis propria declaratio. **S**ententiarū autē duo genera sunt. **A**lterū quidē credibile: **A**lterū uero incredibile. **C**ū ergo credibile dixeris: nullae sunt reddendae causae. **N**am neq; qd dicitur: ignorat: neq; nō crediē quidem. **C**ū uero incredibile dixeris: causae paucis sunt dicendae: ut & dicacitatē & incredulitatē effugias. **S**entētiā autē ea semp afferendae sunt: quae sint rebus praesentibus q; cōsentaneae: ne quod dici in concinnū uolentūue appareat. **E**as aut multas faciemus: aut ex propria natura: aut ex superlatio- ne: aut ex similitudine. **S**ententiae autē ex propria natura huius- modi sunt. **N**emo mea sententia rerū imperitus grauis imperator esse potest. **A**ltera aut talis est. **P**rudentiū uirorū certe est: ex rerum praeteritarū exemplis operā dare: ut incōsulta effugiant errata. **E**x p. propria igitur natura huiusmodi sentētiās faciemus. **E**x superlatio- ne uero talis: **E**xacerbiora mihi uidēt fures q; latrones admittere. **N**am si clanculum: hi uero palam pecunias eripiunt. **S**entētiās igitur ex superlacione hoc modo multas faciemus. **E**x similitudine aut sunt huiusmodi: qui pecunias auferunt: idem faciunt mea senten- tia: qd si solent qui urbes prodūt. **V**triq; em crediti iniuria creden- tes afficiunt. **A**lia uero huiusmodi est. **V**idētur mihi aduersarij ty- rannos plane imitari. **N**am etiā illi quarū ipsi rerum iniurias alijs faciunt: poenas dare indignum putant: quae autē alijs crimini dāt uāhementissime horum causa illos cruciant: & hi siquidem ipsi ali- quid mihi debent: haud reddunt: si quid uero his ego debeo: & id & foenora restitui sibi decere arbitrantur. **S**ententijs igitur ita tra- ctando assatim abundabimus.

Signum uero est alterius aliud non quod ius cuiusuis neq; **D**e signo
omnis omne: sed quod aut ante fuerit: aut i ipso negotio:
aut post fieri consueuerit. **E**st autem signum & factum non

De sententia:
Quot senten-
tiarū genera

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

facti solum: sed & non facti. **I**dentidem uero & nō factū: nō solum non facti: uerum & facti. **S**igna uero efficiunt: alia quidem opinio: nem: alia uero scientiam. **I**d autem pulcherrimū est quod scientiā efficit. **S**ecundo autē loco quod opinionē maxime uerisimile operatur. **S**ignorum autem copia nobis ubertim erit: ut summam dicam ex eorum singulis quæ dicunt: quæ geruntur: quæ uident: pro uno quoque assumendo: tum ex magnitudine: tum ex prauitate eorum quæ nobis mala bonaue cōtingūt. **I**tem ex testimonijs: ex testificatis: ex nostris: ex aduersariorum fautorib⁹: ex ipsis illis: ex prouocationibus: ex temporibus: ex alijs multis: **H**inc igitur si gnorum multitudine abundabimus

**De argumēto
Elenchon**

Argumētum autem est: **S**ic enim **E**lenchon interpretatur: quod aliter habere non potest: atque ipsi dicimus. **A**ssumit autē ex natura necessarijs: ut nos dicimus: aut aduersarijs & ex ijs quæ natura fieri aut possunt aut non possunt: sicuti aduersarij dicūt. **N**atura igitur necessariū est: sicuti uiuos cibis indigere: & his similia. **U**t uero nos dicimus: necessarium ē: affectos uerberibus ea confiteri: quæ cedentes iusserint. **N**atura autem fieri non potest: puellum argenti tantum furto surripuisse: quantum ferre nequeat: & id ferentem abisse. **U**t autem aduersarius dicat: fieri nō poterit: si quidem dixerit quibus temporibus **A**thenis debiti tabellas nos fecisse. **I**psi autem possumus auditoribus demonstrare: ut ea tempestate ad aliam quādam urbem aberamus. **A**rgumenta igitur ex his atque similibus faciemus. **P**rorsus uero & ex ipsa cōditione & ex negocijs & ex alijs probationes omnis transeginus. **C**onsideremus etiam quid item inuicem eæ differunt.

**De probabili
& differētis**

Probabile igitur ab exemplo hoc differt: quod probabilis ipsi auditores notionem habent: **E**xempla uero ex contrarijs & ex similibus fieri possunt. **C**oniecturæ autē solum ex dictionibus actionisq; contrarijs constant. **V**erum commentatio a coniectura hanc habet differentiam: quod cōiectura quidem circa dictionem actionemq; contrarietas quādam est: **C**ommentatio uero & circa reliquas species contrarietates excipit. **A**ut quod & coniecturam non est in nobis assumere: nisi circa res & uerba repugnantia quādam fuerit: **C**ommentatio uero e multis locis trahi dicendo potest. **S**ententiæ autem a commentationibus differūt: quod eæ solum ex contrarijs constant: **S**ententias uero & cum repugnantis & simpliciter ipsas secundum sese ostendere possumus. **S**igna autem a sententijs & ab omnib⁹ antedictis hanc habēt differentiam: quod reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

auditores: **S**ignorum autem quædā ut etiam perspicue hi cognoscant: efficiunt. Item quod ex reliquis nequaquā contigerit: ut ipsi plurima suppeditare possimus. **S**igna uero plurima facile queunt fieri. Item & argumentum a signo hanc habet differentiam: quod signorum quidem aliqua opinionem duntaxat faciunt apud auditores: **A**rgumentum autem omnem ueritatem iudices edoceat. **V**erborum igitur rerumque probatioes eiusmodi sunt: & unde his abundemus: quidque inter se differunt possumus ex antedictis cognoscere: quæ autem apponuntur eas singillatim percurramus. **O**pinio ergo dicentis est suam aduersus negocia declarare sententiam. **O**pus autem est earum se rerum de quibus orationem habuerit: peritum esse ostendat demonstratque sibi conducere non mediocriter ut ueritatem de his loquatur. **A**dversarium uero demonstrat nullam prorsus de quibus contra enunciet: tenere peritiam: opinionemque identidem ostendat. **S**in hoc fieri nequirit: dicendum erit solere etiam rerum peritos errare nonnunquam. **S**i hoc autem dici nequeat: dicetur perniciosum aduersariis esse de hisce rebus ueritatem loqui. Itaque hoc modo dicentis opinionibus utemur: & nostra asserendo & aduersariis contradicendo.

Testimonium uero est rei cognitæ uoluntaria confessio. **N**ecessesse autem est: aut uerisimile testificatum esse: aut non uerisimile: aut ad credendum ambiguum. **E**odem quoque modo testem aut probabilem aut improbabilem aut ambiguum esse. **C**um ergo testificatum uerisimile fuerit: & testis uerax: testimonia epilogis minime indigent: ni fortasse decoris gratia uel sententia uel commentatione ut paucis uolueris. **C**um testis autem suspectus fuerit: demonstrandum erit ut neque gratia neque cruciatu neque lucro aliquo hic mendacique quicquam testificare. **D**ocendum est etiam neque conducere quidem mendosum testimoniū. **N**am & utilitates paruas esse & argui difficillimum: praesertim cum deprehensum non solum argento: uerum & gloriae & praesidia poena leges prestandum uolunt. **D**e testiū igitur fide ita loquemur. **S**i autem qui testimonio contradicunt: oportet testes moribus detrahant: si improbus fuerit: aut testificatum quærendum esse dicant: si minus probabilitatis habuerit: aut horum utriusque contradicant: & in unum omnia aduersariorum uitia flagitiaque cogerant. **C**onsiderandum est etiam an testis ei cui testimonium dicit: amicus est: aut si secum negocij aliquid de est particeps: aut si ei quæ contra testificatur inimicus est aut pauper. **H**i etenim alij gratia: alij cruciatu: alij lucro mendacique suspicioni obnoxij testificando existunt. **E**t falsorum testiū legem de his legulatore tulisse inquam. **P**roinde absurdum esse dicemus: quibus legulatore non

De testimonio & testibus

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

crediderit: Iudices qui secundū leges iudicare iurati sunt: testibus ipsis credant. Hoc igitur modo testium fidem infirmabimus. Poterimus autē & testimoniū imprudentibus aduersarijs nostris subducere hoc pacto. Dic mihi o callide testimoniū p̄ deos immortalis: nullo modo sum dicturus. Nam me prohibente hæc gesta ob hoc sunt. Et ob id in ferenda sentētia: falsus testis falsi testimonij poenā nō erit obnoxius. Cum igitur testimoniū subducere nobis cōduxerit: sic eo utemur: Quod si aduersarij tale quid fecerint: demonstrabimus eorum uersutiam & scriptis testimonium dicere uidebim⁹. Quomodo igitur & testib⁹ & testimonijs uti cōueniat ex his sciē⁹.

De quæstiōe

Quæstio uero est inuita cōfessio hominis confessio. Cum nobis igitur utile fuerit eam uahementē efficere: dicendum erit: ut priuatim quidem homines de ualde necessarijs: ciuitates autem de maximis rebus ex quæstionib⁹ p̄bationes capiūt: q̄d̄q̄ certior testibus est quæstio. Nam testibus mentiri conducit sape: quibus autem quæstiones admota sint: ueritatem loqui plurimū utilitatis affert. Sic em̄ cruciatu celerrime liberāē. Cum uero quæstiones improbāre uolueris: primum quidē dicēdum erit: ut quæstionibus cruciati ijs a quibus traditi sunt: hostes fiunt: & propterea nō nihil in heros mentiunt. Deinde quod quærentib⁹ plarūq̄ nō uera confitent: quo maturius doloribus sese eximant. Erit etiā demonstrandū nōnullos liberos homines quo celerius supplicij effugerent: aduersum semetipsos tormentis effectos emētitos. Quobrem magis cōsentaneum esse seruos aduersus dominos: quo suum effugiant cruciatum ementiri: q̄ multos dolores & corporib⁹ & animis tolerare: quo ceteri nihil mali patiant: ubi mentiri ipsi uoluerint. Quæstiones igitur ex his atq̄ horū similibus p̄babilis & improbabilis constituemus.

De iureiurando

Iusiurandū est cū diuina ueneratione dictio p̄bationis expers. Cum igitur augere ipsum uoluerimus: ita dicendum erit. Nemo certe peierare uellet: cum diuini supplicij metum dedecoris apud homines: eritq̄ subdendum latere homines posse: deos autem non posse. Cum aduersarij uero ad iusiurandū confugerint: si extenuare id uoluerimus: demonstrandum erit eorundem esse hominum: ut male agant: & peierare nō curent. Nam qui facinorosus deos latere putat: hic neq̄ peierans supplicium se ire sortitū putat. Et iusiurandum quidem eodem modo: quo etiam reliqua antedicta tractauimus plane dicēdo nobis suppetere. Summatim autem omnis p̄bationes quemadmodum proposuimus: iam percurrimus: dedimusq̄ non eam uim solū quā earū

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

quælibet haberet: uerū etiam quid inter se differunt: & quo pacto
ijs uti conveniat ostendimus. Nūc autem edocebimus de reliquis
partibus: quæ & trium specierum sunt: & in omnem orationē plu-
rimū decoris & utilitatis afferunt.

Praeoccupatio igitur est: qua & auditorū existimationes &
eorum qui contradicaturi sunt uerba præuenientes obuias
difficultates remouebimus. Auditorū etiam existimatio-
nes hoc sunt modo præoccupandæ. Admirantē autē alij qui fortas-
se uestrum: quod ipse iuuenis ita de rebus magnis uerba facere ag-
gressus fuerim. Et rursus nemo sese mihi difficilem obuiam offe-
rat: quod de his sim uobis rebus cōsultaturus: de quibus alij qui-
dam audacter apud uos eloqui cunctantē. Quæ igitur moleste au-
ditoribus latūri sunt: sic præoccupando causas feras: oportet: qui-
bus recte facere cōsultando uideare: utpote qui demonstres orato-
rum inopiam: periculorū magnitudinē: aut publicā utilitatē: aut
aliā huiusmodi causam: qua auditorū indignationē soluturus
sis. Quod nihilominus auditores turbent: breuiter dicendum est:
uel tanq̃ in sententiæ uelut in cōmētationis figura: quarū omniū
absurdissimū uenire quidem tanq̃ ea hisce de rebus consulturos
quæ optima sint. Nunc autē quando quidē uolūt eos audire: qui
sententiā dicunt: arbitrari pulchre consulere posse. Et rursus hone-
stum est: aut ipsos assurgentes sententiā dicere: aut dicentes audi-
re: quæcūq; ex suffragijs facere ipsi censuerint. Deliberatio igit̃
in genere sic est: & præoccupationibus utendum & tumultibus oc-
currandum. In iudiciali autē præoccupationibus utemur quæad-
modū etiā in prædictis. Occurremus autē tumultibus siquidem
in orationū principijs fiant: hoc modo. Nonne igit̃ absurdum est
legumlatorem quidem iussisse duas orationes aduersariorū cuiq;
reddēdas: uos autē iudices ex lege iudicare iureiurando astringi-
re. Deinde ne unā quidē orationē audire uelle: & eā quidē orationē
quæ tantā cōsulij uim habet: ut in ea audienda rectissime sitis sentē-
tiā laturi. Vos autē in his adeo negligentes esse: ut cū neq; ipsa di-
ctionū initia pertuleritis: iam omnia accuratissime didicisse existi-
metis: & alio modo qui nō absurdum est: legūlatorem quidem in
pari sententiā numero imperare reo uictoriā dari. Vos autē usq;
adeo contra de his sentire: ut neq; insimulationi reos respōdentes
audiatis: & illū quidē ob maius reorū periculū hanc ipsi præroga-
tiuā atq; priuilegiū in ferendis sententijs impartiri. Vos autē cōtra
his qui ullo sine periculo accusatū ueniūt: neq; cōtētosos: neq; p-
tinaces esse: eos uero qui cum metu periculoq; criminibus respon-

De præoccu-
patione

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

dent: clamoribus corripere atq; perterrere. Siquidem igit in orationū initijs turbe fiant: hoc pacto erit ijs occurrendū. Quod si in dictionis progressu dicentem turbauerit: siquidē pauci quidam id agant: erunt ijs corripiendi: dicendūq; ipsorū profecto esse iusticiā: ut sese nunc ad audiendū præstent: ne alijs recte iudicandi impedimēto sint. Cum uero audierint: ut tunc quicquid libuerit: faciant. Sin multitudo omnis tumultuetur: nō ipsos iudices sed ipsum te corripas: oportet. Nam si illis molestus fueris: irā in te cōtrahes. Si te uero accusaris ac dixeris deliquisse: ut ueniā cōsequare: facile præstabis. Opus ē etiam iudices deprecemur: ut nos dicentis benignè audiāt: & quarum rerum clam sententiā sunt iaturi: iam p̄spiciuam mentē ponant. Vt autē breuiter cōplectamur: turbis summatim occuremus uel sententijs uel cōmentationibus: ostendemusq; perturbātes: aut iusto aut legitimo aut publico utili aut honesto repugnare. Ex hisce nāq; maxime fit: ut auditores a tumultibus acquiescant. Quō igit præoccupationib⁹ apud auditores utēdū sit: & quo pacto turbis occurrendū: ex antedictis cognoscem⁹.

Quæ autē ab aduersarijs uerisimiliter dici poterunt: rursum quomodo præueniēda sint demonstrabo. Forteq; suam de se habebit inopiam: Cuius non ego quidem sed huius mos erit causa. Et rursus audio ipsum: & hoc illudq; dicturum. In superiore ergo oratione: quæ aduersarij dicturi uideant: sic præoccupādo & soluere & infirmare oportet. Etenim tametsi firmissima sunt quorum insinulamur: nō itidem magni ijs qui iam antea audierint: uidentur. Quod si secundæ in dicendo partes nobis datæ fuerint: & aduersarij quæ dicturi sumus præoccuparint: ea rursum contra anticipando ita a nobis soluenda sunt. Hic autem ne dum multa de me mentitus apud uos fuerit: sed certo sciens sese a me redargutum iri: meam orationem occupādo calumniæ dedit: ne eam quā oranti sibi præstiteratis: in me audiendo attentione sitis: uel ne ipse orationem habeam apud uos ob eā quā hic de me prius calumniam habuerit. Sed plane puto oportere uos meam dictionem ex me ipso poti⁹ q̄ ex aduersario meo cognoscere: & si hæc ab eo sunt prius dicendo insinulata: quas non mediocres dixerim esse coniecturas: cum nihil nunc sani dictitare. Vtitur autem & Euripides in Philotele pulcherrime hac specie hoc modo. Dicemus ipsi licet & hic nostram putet iam perdidisse dictionem suggerens iniuriā fecisse: uerum ex me meas res discite: sese pādet: hic de se loquens. Quē admodū igitur præoccupationibus & erga iudices & erga aduersarios sit utendum ex his sciemus.

Euripides

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

Postulata uero in orationibus sunt: quæ auditoribus oratores postulāt. Horū aut alia sunt iusta: alia uero iniusta. **I**niustum quidē postulātū est p quod his quæ loquimur attentionē præstari: ac benigne audiri petimus. **I**niustum uero quo secundū leges nos iuari: ac nihil præter leges in nos decerni & casibus ignoscendū postulamus. **S**iquidē postulatum præter leges fuerit iniustum: si uero secundum leges fuerit iustum dicitur. **P**ostulata igitur sunt huiusmodi. **I**psorum autem differentias diuisimus: quo & iustum & iniustum postulatum dignoscentes non inepte ijs uti possumus: & ne nos aduersarij lateant cum iniusti quicquid a iudicibus flagitant. **E**t de ijs quidem & ex antedictis scire poterimus.

Teratio aut est brevis admonitio. **E**a uero utendū est: cum circa partiū: tum circa totius orationis exitum. **I**terabimus aut summam uel ratiocinādo uel interrogādo uel enumerando uel eligendo. **I**psorū aut unumquodque quale sit: demonstrabo. **R**atiocinari igitur est huiusmodi. **A**mbigo aut ipse quidē quid ijs fecerint: nisi uos plane antea reliquissent. **A**rguebat aut aduersus hanc urbē nostrā cū exercitu processisse. **N**ihil uero eorū unquam spopōdissent: factitarūt. **I**taque ratiocinari ē huiusmodi. **E**numerare aut tale est. **D**emonstrauī autem ipsos qui priores societatem soluere quam primum nos sunt adorti: quo tempore aduersus **L**acedæmonios bellum gerebamus: quique maxime studuere urbem nostram in prædā uertere. **E**numerare igitur est huiusmodi. **E**x electione aut admonere est huiusmodi. **R**ecordari oportet contigisse nobis: ut posteaquam societatem cum his iniuimus: nihil unquam mali ab hostibus passi sumus. **N**am cū saepenumero nobis auxilio uenissent: **L**acedæmonios quoque nostrum agrū deuastarent: propulsarūt. **M**ultas enim pecunias etiā hoc tempore ad nos deferūt. **E**x electione igitur hoc modo admonebimus. **E**x interrogatiōe uero hoc modo. **L**ibenter aut ex ijs quæ rerē: quid uobis per cōuētis haud soluūt. **N**eq enim indigētis se dicere audeāt: quippe qui tantū pecuniarū & hoc solo quotannis accepisse demonstrē. **N**eq dixerint quidē multū æris circa rēpublicā cōsumpsisse. **P**rorus enim minores impensas: quam reliqui oēs insulani ptulere. **E**x interrogationibus igitur hoc pacto tractabim⁹.

Ironia uero quātum simulandi: tum dissimulandi cauillationem uocamus: est cum aliud dicimus: & aliud dicere simulamus. **E**ius autem forma sit huiusmodi: ut in antedictis breuiter cōmorando persistam. **N**equaquam uero dicere oportet mea sententiā: ut hi qui multa se bona facitasse prædicāt: malis plurimis ciuitatē affecerint. **N**os uero qui ab his ingratiudinibus carpi-mur: & his auxilio saepe fuerim⁹ & iniuriā nemini intulerim⁹. **C**ū

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

igitur aliquid simulamus omittere: eo quod breuiter dicimus: hoc pacto admonemus. Res uero contrarijs nominibus appellare ita fit: hi quidem probi uiri multorum malorum socij extitere. Nos autem ignaui plurimorum fuimus bonorum auctores. Ex his igitur breuiter admonentes iterationibus utemur: & circa singularum par-
tium & circa totius orationis exitum.

De facetijs

Unde autem facete dicendum: & pro arbitrio orationis prolixi-
tate utendum sit: rursus exponemus. Hic igitur facete dicen-
di locus est: si quidem commentationes totas mediae dixe-
rimus. Ita ut quod reliquum est: medium auditores ipsi comprehen-
dant: quo locis & sententijs uti conuenit. Opus est autem in totam
orationem facetas hasce dispertiamus: uerbaque commutemus: neque
easdem semper in eandemque sententiam frequentis afferamus. Ex hoc
pacto nostra comis apparebit oratio. Qui uero dicendi prolixitate
uti noluerit opus est: rem diuidat. Et quae qualibet in parte insint:
quamque naturam sapiant: edocet: eorumque usum omnem: tum proprium: tum
communem & ipsas causas enarret. Quod si longiorem quoque uol-
uerimus orationem efficere: pluribus nominibus circa singula uten-
dum est: eritque singulis in orationis partibus iterandum: & iteratio-
nem ipsam paucis absoluendum. In fine uero orationis haec omnia
de quibus singillatim dixeris: congestim ponas ac de rebus omni-
bus dicas: conuenit. Hoc igitur modo prolixiores reddi orationes po-
terunt. Qui autem dicendi uoluerit breuitate uti: oportet: totum nego-
cium uno uocabulo complectatur: & hoc maxime quod in ipsa re bre-
uissimum insit. Opus est etiam paucis uti copulis: plurima uero con-
iungere. Nominibus ita uti: ut una dictio duabus seruiat rebus: Eritque
frequens illa iteratio e partibus amouenda: & in orationum duntaxat fi-
nibus iterandum. Et hoc quidem modo breuis poterimus orationes
efficere. Quod si mediocritate uti in dicendo uolueris partium maxi-
mas delegens de hisce uerba facias: oportet. Est etiam medijs utendum
nominibus: quae scilicet neque longissima neque breuissima neque mul-
ta de aliqua una re sint sed mediocria potius. Oportet & epilogos
ex intermedijs partibus: neque omnino auferri: neque ubique rursus
inferri. Sed quae maxima auditoribus nota esse uolueris: in his maxi-
me ad finem iterationibus uti conuenit. Ex hisce igitur quandocumque
libuerit: prolixitate uti in dicendo quibimus.

De faceta ora-
tione

Quod si facerem uolueris orationem scribere: permaxime ti-
bi obseruandum est: ut uerborum mores hominibus simi-
lis queas reddere. Id autem efficies: si qui magni: qui curio-
si: qui mediocres sunt mores consideraris. De his igitur poteris hac

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

uia cognoscere. De nominū uero cōpositiōe iam declarabim⁹. Est enim etiam hoc apprime necessarium.

Primū igit figuræ noīm sūt tres: Simplex cōposita & trāsia. Eodē etiā modo positiones sunt tres. Vna quidē: quæ in uocalem cōnexionibus terminat: & a uocali incipit. Secunda uero quæ a muta incipiens in mutā definit. Tertia aut quæ mutas uocalibus iungit. Item ordines sunt quattuor: quorū unus si milia noīa aut inuicē collocat aut dispergit. Alius uero qui eisdem rōnibus utit: aut inuicem mutat. Tertio uero qui uno multisue nominibus rem appellat. Quartus autē ordo est: quo gesta negocia nominamus aut præterim⁹. Quo igit pacto pulcherrime orationis filum texendum sit: nunc edocebimus.

Figura noīm
Positiones

Ordines

Primū quidē interpretationē ipsam in duas partis distribuere: Deinde conuenit dilucide dicere. In duas uero partes interpretationē distribuimus hīscemodis. Vno quod ipse potest & hoc & aliud. Secūdo quod hic quidē haud potest: alio autem pōt. Tertio qđ hic & hoc & aliud pōt. Quarto qđ neq; ipse neq; alius pōt. Quinto qđ ipse quidē pōt: alter uero nō pōt. Sexto qđ ipse quidē alterū potest: alius uero nō pōt. Alterū horū autē unū quodq; ex hīscē pspicies. Quod etem ipse pōt & hoc & aliud: hmōi est. Ego aut non harū dūtaxat rerū auctor uobis extiti: uerū & Timothæo qui aduersus uos esset expeditiones ducturus: impeditmēto fui. Quod uero hic nō pōt: alter aut potest: tale ē. Ipse quidē nō potis est: qui pro uobis legatione fungat: hic uero qui spartiatarū ciuitati amicus est: facillime apud eos quæ uultis queat efficere. Quod hic aut & hoc & illud: est hmōi. Non aut in bellis solum hic se robustissimū & fortissimū præstitit: sed & consilijs ciuiū cedit nemini. Quod aut neq; ipse neq; alius pōt: tale est. Neq; ipse parua munitus manu hostes queat: neq; alius quisq; ciuium expugnare. Quod uero ille potest: ipse aut nequit: est hmōi. Nempe hic corporis ualeat uirib⁹: ego uero sum corpore imbecillus. Quod autem ipse aliud pōt: ille uero nō potest: aliud hmōi est. Equidem ipse qui clauo & gubernaculis præsīm ualeo: hic aut neq; qui remouat: potis est. Figuras igit interpretandi in duas partes facies hoc modo. Omnibus in rebus idem modus seruandus est: quibus autem rebus dilucide tua reddat oratio: Id rursum est cōsiderādum.

De oratione
dilucida

Primū quidē quodcūq; dixeris, pprijs suisq; noībus appellat: & quicquid ambiguū fuerit: euitato. Caueas etiā: oportet: ne uocales deinceps penas. Aduertēdū est præterea: ut quos articulos uocant: oportune & apte loces. Itē cōsyderes: opus

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

est: ne cōfusa sit: neq; p̄turbata noīm cōpositio. **T**alis em̄ oratio & obscura est & cognitu difficilis: cōiūctionibus uero quascūq; ante dixeris cōsequētis reddito copulas. **C**ōiūctiones aut̄ cōiūctionibus reddere ita fit. **E**go quidē ad quod tēporis dixerā: affui: **Tu** aut̄ quādo te uenturū dixeras: nō uenisti. Item cū eadē coniunctio cōsequēs sit. **Tu** etem̄ & illorū auct̄or extitisti: & horū auct̄or ipse tu. **D**e cōiūctionib⁹ igit̄ dictū est: ex quibus licet: & reliqua quæq; cōiectari. **I**psa uero nominū structura neq; cōfusa neq; perturbata fieri debet. **E**t cōfusa quidē est hm̄ōi: sicuti cū dixeris: **G**raue hūc uerberib⁹ afficere. **N**ā obscurū esset qui esset cādens: qđ si ita dixeris: **G**raue est hūc uerberibus ab hoc affici: perspicuā reddes orationē. **S**tructura igit̄ nominū cōfundere tale est. **V**t aut̄ aduertas quo pacto articuli ipsi tēpestiue apteq; addant̄: ex hisce tibi liqđū fiet. οὐτός ο ἀνθρώπος τοῦτο τοῦ ἀνθρώπου ἀλλ' ἐγώ: hic ipse homo hunc ipsum hominem iniuria afficit. **N**unc em̄ interiecti articuli dilucidā faciūt: dictionem: exempti uero obscurā apud graecos efficient. **C**ontingit aut̄ & aliquādo cōtrariū. **Q**uæ igitur in articulis seruari cōuenit: hm̄ōi sūt. **V**ocales aut̄ iuxta inuicē ponendæ nō sunt: nisi aut aliter obscura reddat̄ oratio: aut replicatio quādā aliaue segregatio fiat. **A**mbigua uero fugere ita quibim⁹ quādā nomina diuersis seruiunt rebus: sicuti **I**udus quē ludimus & ludus schola. **O**portet aut̄ in hm̄ōi nominibus semper id cōplectamur: quod p̄priū est significatū. **E**t dilucide quidē in nominib⁹ si hæc fecerimus: loquemur. **E**x superioribus uero præceptis in duas partes interpretationes distribuim⁹. **D**e cōtentionibus aut̄ & cōparibus & similiter cadentibus iam dicere aggrediamur. **N**am & his quoq; nobis opus erit. **E**st igit̄ cōtentio: quæ cōtrariū nomē simul & uim oppositis reb⁹ habet: aut horū alterꝝ. **Q**uæ igit̄ cōtrariū nomen simul & uim habet: hm̄ōi esse poterit. **N**on em̄ iuris est hunc meis rebus usurpando locupletari: me uero meis priuatū rebus pauperie ita præmi. **C**ontentio uero noībus solis erit hm̄ōi. **D**et em̄ locuples ac fœlix pauperi & egeno. **V**i aut̄ cōtētio hæc sit. **E**go quidē hunc aduersa ualitudine laborantē curauī: hic aut̄ mihi maximorū auct̄or malorū extitit. **N**ā hoc loco nō in nominib⁹ sed in ipsis rebus cōtrarietas est. **Q**uæ ergo & ui & noīe contentio fuerit: ea erit lōge pulcherrima. **R**eliquæ uero cōtētiōes duæ sunt. **C**ompar aut̄ est: quādo duæ pares enūcianē clausula. **P**ares autē esse poterūt multæ etiā paruæ clausula: paucis magnis & pares magnitudine paribus numero. **F**igurā uero habet cōpar hm̄ōi: **A**ut p̄pter pecuniarū inopiam: aut p̄pter belli magnitudinē. **H**æc nāq;

De contentio/
nibus & com/
paribus & si/
militer cadent/
tibus

De compari

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

clausula neq; similes neq; cōtrariae sed tamē inuicē pares sunt. **S**i militer uero cadēs est: quod cōpari quidē maius est. **N**ō enī pares solū clausulas: uerū & similes & similibus efficit uerbis. **E**st autem huiusmodi quantum te decet orationis imitatio: tūc ad sit delectationis machinatio. **M**axime uero similes fieri oportet exitus dictionum. **H**is nāq; uel imprimis efficiē similiter cadēs. **S**imiles autē dictiōes sunt ex similibus syllabis: in quibus plurimā littera e adē sunt: sicuti: **M**ilitib; nullis ualet: & uiribus multis caret: **Q**uāq; uero extra artem posita sunt: ea ultro id ipsum demonstrabunt.

De similiter cadente

Ed de his haecenus satis. **E**tē iustū & honestum & utile reliquaq; & ipsa quae sunt tenemus: & unde his affluamus: ex antedictis plane cognoscimus. **E**odem autē modo quae sunt amplificatiōes extenuationesq; & ex quibus haec locis desumantē intelligimus. **I**dē tēdem uero & praecupatiōes & postulata ab auditoribus & iterationes & facetias & orationū prolixitates & ipsius interpretationis structurā omnē scimus. **Q**uas ob res cōmunē omnium specierū uim atq; differentiā ipsarūq; usum omnē si ex antedictis tenuerimus: assuefecerimus facile nosmetipsos qui his omnibus pro artis praecceptis exercitati abundemus. **E**t ad iumentum ex ipsis plurimū: tum dicendo: tum scribendo cōsequamur. **I**gitur praeccepta causarum hoc pacto accuratissime per partes distribueris. **U**t autē pro unaquaq; specie ad humani corporis effigiem uerba locari conueniat: & quae sint circa orationis partes obseruanda: & quomodo hisce partibus sit utendum: rursus ostendam. **D**e exordijs igitur dicendū est prius. **E**a uero septem speciebus communia sunt: & omnibus in negocijs congrue dici poterunt.

Enumeratio

Exordiū est ut cōpendio dixerim: oratio quādā quarebus his de quibus reliqua futura est dictio summam expostis auditorū animos ad attentionē idoneā & quo ad fieri dicendo pōt: ad beniuolentiā nobis cōparat. **H**aec enī per exordiū praestari cōuenit. **Q**uō autē eo utamur: primū quidē deliberatiuo in genere & in suadēdi specie ostendā. **C**um rem igitur auditoribus pponere alicuiā facere uoluerim: fieri poterit hoc modo. **S**urrexi: ut quo pacto pro **S**yracusanis bellandum sit cōsulā. **V**el hoc modo: **S**urrexi: ut quid sentiam: dicam: qui nō deceat nos **S**yracusanis auxilium ferre. **H**oc igitur modo summam rem exponem. **Q**ui uero ad attentionem exhortemur: scire ex hisce poterimus. **S**i nos ipsi animaduertimus: quibus & uerbis & rebus ad audiendam sententiam attentī sumus. **N**empe his sumus attentī: cum de magnis uel terribilibus uel ad nos pertinentibus reb; cōsultamur

De exordijs

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

aut cum orantes ipsi demonstraturos se dixerint: iusta illa esse & honesta: & utilia: & facilia & uera: ad quæ nos gerenda exhortantur: aut cum nos rogauerint: se attente audiamus. **Quæadmodum** igitur ipsi alij soleamus: Ita & nos si quæ ex præmissis commodissima in præsentem rem fuerint: delegerimus: eaq; auditoribus perspicua reddiderimus: eos nobis attentos faciemus. **Ad** attentionem igitur ex his auditores exhortamur. **Beniuolentiam** uero comparabimus: si considerauerimus: primum: quo in nos animo ipsi sint: beniuolo ne an infesto: aut neque bono neque malo. **Si** beniuoli ergo fuerit: de beniuolentia dicere superuacaneum cedat. **Verum** si omnino id facere uoluerimus: oportet paucis cum dissimulatione quadam id fieri hoc modo. **Quanta** sit mea in hanc urbem beniuolentia: ut quæ sapendum meo suauis: quæ factu essent utilia gesseritis: & qua me præterea ad communia commoda præbeo iusticia: quippe qui publicarum magis quam priuatarum mihi rerum habendam rationem celsurim: nequaquam me dici opus existimo: hoc enim uobis perspicuum est & cognitum. **Verum** quid & nunc si fidem adhibere mihi uolueritis: consuletis in rem pulcherrime: hac dere ut uos edocui: dabo operam. **Hoc** igitur modo eos qui bono sunt in nos animo in consultationibus beniuolentiam admonebimus. **Si** uero auditores neque nobis infesti sunt neque beniuoli: dicendum est: & iustum esse & conducibile: eos si ciuibus beniuolos fieri: qui nullum sui dederunt experimentum. **Deinde** oportet laude auditores demulcere: quod iuste & grauiter quæ dicunt: iudicare consueuerint. **Item** & extenuationes afferendæ: sicuti si dicat: **Surrexi** non tam ulla dicendi uel elegantiaue confusus: quam existimas ea amari narrari: quæ ad communem utilitatem commodumque accedant. **Cum** igitur auditores neque a nobis alieni neque beniuoli uobis sint: ex hominibus rebus beniuolentia captabitur. **Si** autem calumnia obnoxia apud auditores fuerint: necesse est: aut ipsos in sese: aut res de quibus dicunt: aut ipsam demum orationem calumnias continere. **Hæ** autem calumniæ: aut ex præsentibus aut ex præteritis tempore trahuntur. **Ex** præterito quidem tempore si qua improbitatis suspitio de aliquo habeatur. **Primum** in auditores præoccupatione utendum est: atque dicendum ita. **Neque** ipse quidem ignarus sum me apud uos calumnia affectum esse: **Sed** omnem ego de me insimulationem falsam esse demonstrabo. **Postea** summam enumerando in exordiis dicendum erit: si quid in rem tuam oratione complecti queas. **Et** aut uituperanda iudicia: necesse enim est: siue publice siue priuatim calumnia de quopiam facta sit: uel esse uel fore iudicium: uel nolle accusatores iudicium sumere. **Eritque** dicendum ut iudicium iniuste fuerit: quodque inimici nobis homines nocuerit. **Aut** si minus

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

hoc uerisimile uisum fuerit : dicendū erit satis id esse debere quod minus tunc ex sententia nobis cesserit. **I**n iustū autē esse : cū res iudicata iam fuerint : rursū eandem calūniari. **S**i uero celebre sit iudicium futurū : te paratū plane dicito : qui ad insinuationes in hoc ipso pulcherrimo confesso respondeas. **E**t quid aduersus rem publicam per iniuriā patrauisse demonstreris : te morte multatum iri. **S**in autē accusatores minus in causa persistant : eodem oportet uti coniectura : quoniā falsā de nobis calumniā detulissent : desistunt causa. **N**on em̄ consentaneū uidebit̄ nolle eos iudiciū capere : qui ueram accusationem detulerint. **V**sque uero in calumnias acerrime est inuehendum dicendūque : **Q**uod trux & cōmunis & multorū malorum causa. **O**stendat̄ quoque oportet : permultos iam iniuste per calumniā perisse. **I**tem monendum stultum esse eos qui de republica cōsultant : nō quā ab omnibus dicunt̄ audire : & quod utile sit : animo uolūtare : sed aliquorū insinuationibus commoueri. **C**ōmune facias autē atque pollicearis : oportet : ea te de quib⁹ cōsulere sis pollicitus & iusta & utilia & honesta demonstraturū. **E**os igit̄ quorū ex präterito tempore calumnia delata sit : conuenit hoc pacto insimulationes in cōsultationibus soluere. **E**x præsenti uero tempore oratorib⁹ calumniā solet afferre : primum quidē atas ipsa : nam siue omnino iuuenis siue senior cōcionat̄ : auditores moleste ferūt. **H**uic em̄ nōdū incipere : illi uero iam quiescere decorū esse putant. **D**einde si crebro orationē habere cōsueuerit. **H**ic em̄ importunus uidet̄ esse : & si nūquā antea orationē habuerit. **N**am & hic alicuius priuati cōmodi gratia präter cōsuetudinē uidet̄ cōcionari. **E**x præsenti igitur tempore hui⁹modi poterunt in illum insimulationes fieri : qui apud concionem orauerit. **S**ed causa de his afferatur : necesse est. **A** iuniore quidē ex cōsultantiū inopia & ex eo quod suum esse potissimum uidetur : **Q**uemadmodum si dixerō de ludicro lampadarchiae uel de Gymnasio uel de armis : aut de equis : aut de re bellica. **H**orum enim non minima pars adhæret iuueni. **D**icendū est autē : quod tamen nōdū iuuenis per atatem prudēs esse potest : uerum natura & diligētia quadam certe potest. **O**stendendū est etiā qui aliquid imprudēter gesserit : aduersum casum sibi priuatim dari. **A**ffecuto uero communem esse utilitatem cū reliquis. **I**uuenis igitur ex his atque similibus argumentabitur : senior at argumentat̄ & ab inopia consultatium & a facultate sua. **P**ræterea & a magnitudine & nouitate periculorum & ab alijs huiusmodi rebus. **C**rebro autem dictionem habere consuetus ab experientia argumentabitur : & ab eo quod turpe sit : non eum sententiam nunc dicere

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

qui antea consueuerit. **N**ō aut̄ consuetus argumētabit̄: tum a periculorū magnitudine: tū ab eo quod necesse omnino sit eū qui ciuitatis est particeps: de his quæ in præsētia agunt̄ sententiā dicere. **E**as igitur insimulationes quæ in cōcionibus circa hominem fiunt: hoc pacto refellere studebimus.

De insimulationibus circa rem

Sunt autē circa rem: cū quis nihil neq; ijs a quibus nulla simus iniuria laceſſiti: neq; ijs fortiores potētioresq; sunt p̄nocendū esse: cōsultat: aut pacē turpem fieri persuadet: aut circa deorū immortalū sacrificia q̄ minimos effici sump̄t⁹ monet: aut hmōi quidq; narrat. **O**portet autē in huiusmodi rebus præocupatione prius ad auditores uti: quarū causam aut in necessitatē aut in fortunā aut in tempora aut in aliquod cōmodū referamus: dicamusq; nō cōsulantib⁹ quidē esse: sed rebus potius huiuscemodi causam ascribendā. **H**oc igit̄ mō eas quæ circa rem sunt insimulationes a consultantibus remouebimus.

De insimulationibus circa orationem

Ratio uero ipsa in cōcionibus solet insimulari. **C**ū aut̄ prolixè aut nimis prisce: aut minus p̄babiliter dicat̄: & siquidem longa fuerit: in rerū multitudinē causa est referenda. **S**in prisca sit: doceat̄: oportet: nūc ipsam tempestiuā esse. **S**in autē minus p̄babilis sit: pollicearis oportet eā te uerā in dicendi p̄gressu demonstraturū. **C**onsultationes igit̄ ex his rebus principio constituemus. **Q**uo uero utamur ordine animaduerti cōuenit. **S**iquidem nulla prorsus insimulatio sit: neq; nobis: neq; orationi: neq; ipsi rei a p̄positione cōtinuo est inchoandū. **A**ttente autē quæ dicunt̄ humaneq; audire ad postremū exhortabimur. **S**in uero aliqua sumus ab illis qui ante dixerunt insimulatione præuenti: post anticipatā auditorū opinionē: eorum quorū insimulati fuerimus & responsiones & causas breuiter in medium deferentes: ita p̄ponemus: & auditores ad attentionem exhortabimur. **E**xordia quidem in cōsultationibus hoc modo sunt constituenda.

Prostea uero necesse est: aut res gestas a nobis renūciari referri ue: aut res præsētis diuidendo exponi: aut quæ futuræ sunt: iam prædici. **C**ū igit̄ de legatione sit nobis renūciandū: omnia quæ dicta fuerint dilucide narrare oportet quo primū quidē grauitatem oratiopræ se ferat. **H**æc em̄ renūciatio solū erit: nullaq; alia orationis figura incidet. **D**einde siquidē nobis exsententia minus res contigerit: nōnulla id negligentia nostra: sed alia quadam causa accidisse auditores existiment. **S**in uero exsententia contigerit: non casu aliquo sed nostra diligentia & industria id factum opinetur. **H**æc autem eo facilius credūt̄: si quoniam gestio-

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

ni negotiorum nequaquam interfuerint: nostram in oratione negligē-
tiam promptitudinemque prospexerint: utpote qui nihil omitta-
mus: sed unumquodque accuratissime referimus. **Cum** igitur le-
gationem renunciemus: his causis singula quaeque quo pacto gesta
fuerint: renunciari oportet. **Cum** uero ipsi condicionantes aliquid praeter-
itum narramus: siue etiam praesentia exponamus: siue praedica-
mus futura: necesse est ut unumquodque horum & breuiter & dilu-
cide & non sine probabilitate faciamus. **Dilucide** quidem: ut quae
dicuntur comprehendi queant: breuiter autem: quo quae dicta fu-
erint: memoriae auditores teneant. **Probabiliter** uero: ne ipsi audi-
tores priusquam probationibus atque iuris partibus nostram oratio-
nem confirmauerimus: nostras iam narrationes falsas esse repro-
bent. **Dilucide** igitur exponemus: aut a nominibus aut a negocijs.
A negocijs quidem: si non ea perturbate exponamus: sed rerum ac
temporum ordinem seruemus: reliqua non deinceps collocemus:
Et si neque eo de quo dicere coeperimus: relicto negotio in rem aliam
trāseamus: **A nominibus** igitur hoc modo dilucide narramus. **A no-**
minibus uero si quae maxime idoneis rerum nominibus negocia ap-
pellemus: & si non ambiguus utamur neque perturbate ipsa colloce-
mus: sed usque cohaerentia deinceps ordinemus. **Dilucide** igitur expo-
nemus: si haec diligenter obseruauerimus. **Breuiter** uero narrare po-
terimus: si tum ex negocijs: tum ex nominibus ea remouerimus
quae non sint dictu necessaria: **Et** ea solum complectemur: sine qui-
bus obscura reddetur oratio: & breuiter quidem hoc modo expo-
nemus. **Probabiliter** autem a nobis narrabitur: si ad ea negocia quae
minus uerisimilia uidentur: causas attulerimus: quibus illa non ab-
surde gesta uideantur. **Si** qua uero omnino incredibilia contigerint:
ea relinquamus: necesse est. **Si** autem necessaria sunt quae dicantur:
ea te scire ostendas: oportet. **Sed** ad confutationis partem qua
cum illa implicata sint: dicenda reseruare. **Orationis**que progressu id
te uerum demonstraturum polliceri: ea usus argutia: quod quae
prius dicta abs te fuerint: ea prius uera iustaque demonstrare: quae ali-
ud huiusmodi quicquam uelis. **Et** hoc quidem modo ipsae quae minus
uerisimilia sunt: medebimur. **Vt** autem summatim una omnia com-
plectamur: & renunciando & exponendo & praedicendo: ex ipsis om-
nibus quae antediximus: dilucidas: breuis & probabilis narratio-
nes faciemus.

Eas autem tripliciter ordinabimus. **Nam** siquidem ea de quibus di-
cimus: pauca sint auditoribus cognita: exordio narrationem com-
mitemus: ne pars haec separatim posita: breuis admodum

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

fiat. **C**ū uero negocia & p̄multa & incognita sint ad unū quodq; coniunctas narrationes faciem⁹: easq; iustas & utiles & honestas ostendemus: quo nō modo in narrandis rebus occupati simplicē & nō uarietate quadam insignem orationem faciamus: uerum & auditorum animos capiamus. **S**in autē negocia mediocria & minime nota opus est: uel renunciationem uel expositionē uel prædicationem in exordio uno & eodem quasi corpore collocemus. **H**oc autē faciemus si a rerum initio ad extremū usq; narrādo prosequamur: & nihil aliud cōplectamur: sed ipsa negocia expedite declaremus. **Q**uāmodū igitur in exordio narrationes ordinandæ sint: ita scire poterimus.

De confirmat
tione

Deinceps autē cōfirmatio sequatur: necesse est: per quā prænarrata negocia ex probationibus & iustis & utilibus sicuti nos demonstraturos polliciti sumus: cōfirmabimus. **C**ū igitur cōiunctas narrationes facere oportet: probationes: in cōsultationibus q̄ cōmodissime ducunt a rerum consuetudine: ab exemplo: a commemoratione: & ab ea quæ de oratore sit apud omnis opinione. **U**tendū est etiā & si qua ex alijs probationū partibus inciderit. **E**x uero sic sunt collocandæ. **P**rimū quidem dicētis opinio: **S**in id minus poterimus: rerum consuetudines ordinabimus: demonstrabimusq; & hæc quæ dicimus uel & his similia hoc modo fieri consueſſe: deinde uero exempla efferemus. **E**t si qua est cū ijs quæ a nobis dicūt: similitudinē adducemus. **E**a autē exempla capiamus: oportet: quæ tum rei cōgruant: tum ipsis auditoribus uel loco uel tēpore sint p̄xima. **S**in autē secus sint: debem⁹ ex alijs quæ maxima & notissima sint: accipere. **P**ost hæc uero sententijs utendū est. **O**portet autē eas partes quib⁹ probabilia & exempla tractata fuerint: in fine cōmentationibus & sententijs terminemus. **E**t probationes quidē hoc modo ad negociorū confirmationem adducemus. **S**i uero narratis rebus cōtinuo sit fides adhibita: probationes ipsas relinquemus. **E**t a iusti: & legitimi: & utilis: & honesti: & iucundi: & facili: & possibilis: & necessarij partibus antedicta negocia confirmabimus. **E**t si quidē iustū inest: id primū collocabimus. **E**t per hoc perq; huic simile & per cōtrariū & per iudicatum iustū enarrabimus. **E**t similia ijs iustis de quibus loqueris: exempla sunt afferēda. **H**abebis autē p̄multa exempla: tū ex ijs quæ priuatim apud singulos iustū existimant: tū etiā ex ijs quæ in ipsa urbe ubi orationē habes: tū demū ex ijs quæ in alijs urbib⁹ iusta duci solent. **C**ū uero hæc omnia hoc modo percurrētes narrauerim⁹: in ipsiusq; iusti sine sententias cōmentationesq; moderatas & si

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

bi inuicem dissimiles attulerimus: **S**i quidē ea pars lōga sit: eiusq; meminisse uouerimus: paucis iterabimus. **S**in autē mediocris sit: commemoreturq; tunc ubi eam finierimus: aliā quoq; partē adiūgemus. **E**st autē id hmoi. **Q**uod iustum quidē est auxiliū nos ferre Syracusanis: satis ex ijs quā dicta sunt: demonstrandū existimo.

Quod autem etiā id nobis cōducturum sit: enitar edocere. **E**t cum rursus eodem modo ut de iusto facitaras utile percurreris: & eius extremā partem uel breuiter iterando uel finiendo absolueris. **I**tem aliam partē quācūq; tibi in manu fuerit: adiunge. **H**oc igiē modo aliā alij partē addere & orationē cōtexere opus est. **C**ū hāc uero omnia psecutus fueris quibus ea quā persuades cōfirmare queas: **O**portet in his de omnibus summatim cū cōmērationib; & sententijs colorib; demonstrare: nō ea efficere & iniustū & perniciosum & turpe & triste admodum fore. **C**ontra uero summatim addendum est: & iustū: & utile: & honestū uoluptuosumq; futurum: si hāc ad quā eos exhortaris: effecerint. **U**bi uero iam satis abundeq; sententiarū grauitate usus fueris: quā persuades: cōclusionē terminabis. **E**t hoc quidē modo quā pposita fuerint: confirmabimus. **P**ost hanc autē partē de praeoccupatione dicere aggrediemur. **E**st autē praeoccupatio eorū locorū: qui contra tuā dictiōnē haberi possent praeoccupans reprehensio. **O**portet autē quā ab aduersarijs dicunt extenuare: tua uero amplificare: ueluti superius in amplificandi tractatu audieras. **O**pus est etiā conferas unū uni: cum tuū scilicet maius sit: & plura pluribus: & unū multis: & multa uni. **S**ic secundū omnē speciē uarietate debemus uti nostra quidē augendo: aduersariorū autē infirmādo atq; deprimēdo. **E**t hoc quidē modo praeoccupationibus utemur: hāc autē ubi fuerim; psecuti: iterationibus exitū terminabim;: **C**oloresq; antedictos ratiocinationis uel enumerationis aut electionis aut interrogationis aut ironiae assumemus.

Quod si ad ferendū aliquibus auxiliū suaferimus: **S**ive prius quatis hominibus: siue urbibus: paucis dicere cōueniet. **E**t si qua ijs in auditores siue amicitia siue gratia siue misericordia praecesserit: in mediū referre cōgruum erit. **M**axime em̄ omnes ijs auxilio esse uolūt: qui tali animo in nos fuerint: **D**iligūt em̄ eos a quib; uel ab ipsis uel ipsorū amicis aliquid beneficij: siue ipsi siue alij qui eis curae sunt uel opportune suscepisse uel suscipere uel susceptum ire crediderint. **H**is autem habēt gratias: qui siue ipsi siue ipsorū amici aut in eos aut in eorum necessarios boni quippiam opportune uel contulisse uel conferre collaturiue putent. **S**i

De praecup-
tione

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

horum igitur aliquid unū incidat: **I**d breuiter doceamus: & ad misericordiā redigamus: oportet. **I**d autē affatim facere poterimus: si cognouerimus solere omnis in eos misericordia moueri: quos familiariter erga se animo esse opinentur: aut indignos calamitate suspicant. **H**ac autē si quis esse ostēdes quos misericordia dignos uelis demonstrare. **E**stque demonstrandū eos inique passos: uel pati uel passuros: ubi minus ipsi auxilio auditores fuerint. **S**in uero hæc in illis nō sunt: demonstrabis eos omnium bonorum inopes esse: quorum ceteri omnes aut plurimi sint participes: quique nihil unquam boni uel nacti fuerint: uel nanciscantur nacturiue sint: nisi auditores hoc tempore ad misericordiam moueant. **E**x his igitur auditores ad misericordiā inducemus. **D**issuadere autē ex contrariis locis poterimus eodemque modo exordiemur: & narrabimus: & probationibus utemur auditoribusque ostendemus quæ facere aggrediuntur esse & præter leges: & iniusta: & perniciofa: & turpia: & tristia: & impossibilia & difficilia ac minime necessaria. **I**n dissuadendo uero idē dispositionis modus seruabitur: qui etiā in suadendo. **C**ontrarij qui ultro dissuadent: disponere ita poterunt. **Q**ui uero aliorum suasionibus contra dicere uoluerint: primū quidē ea in exordio proponere debent: quibus sint contradicaturi. **I**n reliquis uero singillatim est exordindū. **P**ost singula uero prædictorum exordia est secundū unū quodque propositū maxime demonstrandū: minime omnium ea esse ad quæ aduersarius exhortetur: neque iusta neque quæ his sequuntur. **H**oc autē facies: ut ostēdas uel iniusta esse: quæ ille narrat uel iutilia uel ipsi similia aut iustis contraria aut utilibus aut ipsi quæ talia esse iudicant. **E**odem quoque modo & cetera quæ inciderint: tractare debebis. **O**ptimū igitur dissuadendi modus hic est. **Q**uod si minus hoc facere commode potueris: ex eo quod reliqueris genere dissuadere orando poteris. **U**t si quidē aduersarius iustū esse ostenderit: tu uel turpe esse uel inutile: uel difficile: uel impossibile: uel aliud quoduis huiusmodi enitere demonstrare. **S**in utile aduersarius esse ostenderit: **I**niustū ipse & si quid aliud opportunū ad id habueris: demonstrabis. **T**ua præterea augendo & aduersarij deprimendo facies: quæadmodū in suasionibus dictū est. **D**ecet eodē quoque modo sententias commentationesque afferre præoccupationesque refellere: ac breuiter ad exitum iterare. **P**ræterea quoque in suasionibus ostendendū est: aut eos quibus auxiliū ferendū suademus: horum amicos esse: quos ad id faciendum exhortamur: aut hoc gratias ipsi debere: qui deprecantur: quibus uero auxiliū ferre dissuaserimus: eos uel ira uel inuidia uel odio dignos ostēdemus. **I**n odium quidem adducemus: si ab illis aut ipsos au-

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

ditores auditorumque amicos aut alios qui ijs curæ sint: mali quip-
piam inique passos demonstrabimus. **In** iram autē rapiam⁹: si uel
auditores ipsos uel ipsorū amicos uel alios qui ijs sunt curæ: indi-
gne neglectos iniuriaue affectos ostendemus. **In** iniuriā uero con-
trahem⁹: si summam indigne fortunatos extitisse aut esse aut fo-
re: **Vel** si nullius unq̃ boni fuisse inopes aut esse aut futuros: **Vel** si
nunq̃ malorum quippiam passos aut pati aut passuros demonstra-
bimus. **In** inuidiam igitur & odium atq; iram hoc modo concita-
bimus. **B**eniuentiam uero & gratiam & misericordiam ex ijs po-
terimus cōparare: quæ in suasionibus dicta sunt. **E**as autē ex ante-
dictis omnibus cōtexere ordinareq; poterim⁹. **S**pecies igit̃ suadē-
di & qualis & ipsa sit: & ex quibus constet: & quomodo ea utendū
sit: ex his liquido cognoscimus.

Rursum autem laudandi uituperandiq; speciē deinceps cō-
sideremus. **C**um in hoc genere exordiri uoluerimus: ppo-
sitiones primum ordinam⁹ in simulationesq; dissoluimus:
itidem atq; in suadendo. **A**d attentionem uero exhortamur: tum
ex ijs quæ in consultationibus dicta sunt: tum ex eo quod mirabi-
lia illustriaq; dicam⁹: & æquitatē nostram eorumq; quos uel lau-
damus uel uituperamus: facinora demonstramus. **I**n huiusmodi
enim causis ut plurimum non disceptationis: sed ostentationis po-
tius causa orationem habere consueuimus. **P**rimum autem exor-
dia eodem modo constituemus qui in deliberatiuo a nobis gene-
re demonstratus est. **P**ost exordiū uero partiri debemus & ea quæ
extra uirtutem sunt: & ea quæ in ipsa uirtute bona consyderantur
hoc modo. **E**xterna quidem bona in bonam ualitudinē & robur
& formæ dignitatem & diuitias: uirtutem uero in sapiētiam: iusti-
ciam & fortitudinem illustriq; disciplinas distribuimus. **H**orū au-
tem quæ in uirtute posita locataq; sunt: iure laudanē: **E**xtraria au-
tem subducuntur. **R**obustos nāq; & pulchros & nobilis atq; locu-
ples nequaq; laudare sed dicere beatos cōuenit. **H**is autē diligen-
ter consyderatis: post exordia de genere primū dictionē ordinabi-
mus. **H**oc em̃ primum hominib⁹ ac reliquis animalibus clarū in-
est uel obscurū. **P**roinde recte quidē aut hominē aut aliud tale ani-
mal ex genere cōmemorabimus. **C**ū uero aut affectum aut rē aut
orationē possessionemue laudare uoluerimus: cōtinuo ex ijs quæ
honestæ ad sunt nō absurde laudabimus. **A** genere autem laudare
ita cōuenit. **S**i quidē progenitores insignes fuerint: debem⁹ omnis
ab initio ad eū usq; quāue laudatū uolum⁹: resumere: & i singulis
pgenitorib⁹ clare aliqd summatim apponere. **Q**uod si primi industrij

Quomodo in
genere demō-
stratiuo sit ex
ordindum

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

infigensque fuerint: Reliquos uero nihil oratione dignum gessisse contigerit. **P**rimos quidem illos eodem modo persequemur: ignauos autem atque degeneres omitemus: ea uero cauillatione: quod propter maiorum multitudinem nolimus auditoribus orationis longitudine graues effici: praesertim cum nemini sit obscurum qui ex bonis clarisque parentibus nati sunt: eos consentanea fieri suis maioribus non dissimiles. **S**in autem ueteres progenitores obscuri fuerint: qui uero proxime extiterunt illustres: ab istis est laus generis capienda: dicendumque ut de illis quidem longam repetere quandam orationem superperuacaneum admodum fuerit. **S**ed si eorum laudes referantur: qui proximi his qui laudantur: extitissent: plane & hi quoque boni probique uiri ostendentur: quodque perspicuum sit: horum maiores industrios quosdam insignisque extitisse: haud namque uerisimile uideri huiusmodi homines honestos & bonos esse: qui ex improbis progenitoribus nati essent. **U**bi uero nullus maiorum sit splendor: dices ipsum in se generosum esse: colligensque eos omnis ingenue natos esse: qui ingenitam sibi uirtutem habent. **E**t eos alijs quoque omnibus longe antecellere: qui suos progenitores laudant: **P**ermultos enim qui ex claris maioribus nati essent: degeneres extitisse. **A**ddesque quod de huius nunc & non de progenitorum praconijs agas. **E**odem autem modo in uituperationibus origo generis in improbos maiores referenda est. **E**t ita laudando ac uituperando quae ad genus pertinent: ordinabimus. **E**t si quid illi de quo loquimur: praclarum fortuna cesserit: hoc dumtaxat tuebimur: ut ea quae aetati conueniunt: enarremus: & id quidem haud prolixè. **P**ueri namque tam sua ingenio quam eorum qui ipsis praefuerint diligentia: honesti: pudici sunt. **Q**uare breuis de istis est habenda oratio. **C**um hunc autem modum percurreris: habita ad posterum commentatione atque sententia: debes hanc partem in adolescentis aetate terminare. **E**t propositione deinde facta aut eius qui laudatur: res gestas aut mores aut studia amplificabis: quae ad modum ab initio in demonstratio genere prius diximus: **E**xponesque ab hoc quem ipse laudas cum esset hac aetate aut per hunc: aut per studium: aut ex hoc: aut huius gratia: tum hoc: tum illud praclarum facinus gestum fuerit. **O**portet & ceterorum quoque iuuenum praecleara facinora colligendo conferre: & huius longe istis maiora esse ostendere. **I**llorum quidem quae minima sunt: huius autem quae tu laudes: quae maxima sunt: enarrando. **C**onuenit autem & quae apud alios res illustres parum pro dignitate collatae fuerint: eas abs te dicendo itidem magnas demonstrari. **E**t semper res ita comparando augenda & exornanda sunt. **E**t ubi & quod iuuenis ita philosophus

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

unq̃ fuit: qui uel senior magnū adeo incrementū habuerit: **E**t qui adeo robuste **G**ymnastiorū labores perfert: uāhemētis philosophiae studium & industriam adamabit: **E**t hoc quidē modo similitudine & collatione usi amplificabim⁹. **C**um uero quae circa aetatem adolescentis considerant: absoluerimus: in fine huius partis sententias cōmentationesq; locabimus. **E**t aut quae dicta sunt breuiter iterantes: aut ad postremā partē finiētes. **R**ursus ubi, pposuerimus: quae gesta sint ab ipso uiro quē laudam⁹: de iusticia primū dicere aggrediemur: quā eodē modo ut in superioribus exornantes: ad prudentiā si fuerit: descēdemus. **E**t hanc eodem quoq; modo absoluētes: fortitudinē si fuerit: proponemus: quā eadē amplificationis ratione item percurrentes cū ipsius finem partis attigerimus: & omnia genera persecuti sumus: summam quae antedicta fuerint iterantes exitū uel sententia uel cōmentatione toti orationi apponemus. **C**ōgruet aut laudibus: nominibus etiā multis circa unūquodq; uti: & splendidā facere dictionem atq; magnificam. **E**odē quoq; modo cū de nequā hominib⁹ oratio nobis erit: uituperationes cōstituemus. **O**portet aut nullis in eū utamur cauillis quē carpinus: sed ipsius dūtaxat uitam enarrem⁹. **S**ermoes em̃ longe magisq; iocosa oburgatiōes atq; cauilla & auditoribus persuadent: & aegritudine quos uituperamus afficiūt. **N**am hmoi quidem sales ad Idæam uel ad substantiā referunt. **S**ermoes uero sunt ingeniorū morūq; ueluti imagines. **C**auēdū est etiam ne res turpis nominibus appelles turpibus. **I**d em̃ affert grauitati calūniam. **S**ed quae hmoi sunt: tanq; per aenigma significabimus: & aliarū rerū nominibus rem ipsam manifestabimus. **D**ebemus aut in uituperationibus ironia uti: & in ijs aduersariū deridere: quib⁹ ille maxime exultat. **E**t priuatim quidē paucisq; praesentib⁹ eū dehonēstare. **I**n uulgus autē & multitudinē cōmunis maxime uituperationes maledicere. **V**ituperationes uero eodē modo poterimus: quo etiā & praconia & augere & extenuare. **I**tacq; hae speciesū ex his quae superius dicta sunt: usum omnē intelligemus.

Reliquū est ut accusandi quareddiq; praepcepta peragamus: quae rursus quēadmodū in iudiciali genere dictū est: cōponemus: ordinabimus: percurremus. **P**rimū igit in exordijs rem de qua fit accusatio uel defensio: proponemus: ut etiam in alijs praemissis speciebus. **A**d attentionē autem ab ijsdem locis exhortabimur: quos in suadendo dissuadendoq; docuimus. **I**tē etiā de beniuolentia idē quoq; modus seruandus erit: qui in deliberatiuo genere praemissus est. **N**am is cui auditores beniuoli sunt: ex

De accusatio
ne & quaestio
ne

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

præterito aut præfenti tempore. **E**t is ne calumniâ affectus fit: ad eos irritandos uel in se uel in rem ipsam uel in orationem beniuolentiam captabit: eodem modo ut illic docuimus. **I**s uero in quē neq; beniuoli auditores neq; infesti fuerint: beniuolentiam captare poterit ex præterito præfentiu tempore: uel per seipsum uel per rem uel per orationem. **I**lle autē qui apud auditores calumniâ obnoxius factus fuerit: partim mixtim: partim priuatim beniuolentiā captabit. **H**ic igitur modus erit per quē beniuolentiā comparabitur. **E**nim uero ij aduersus quos neq; bono neq; malo animo auditores fuerint: paucis sunt laudandi: & aduersarij uituperandi. **O**portet autē eos ab ijs laudare: quæ uident maxime auditorū interesse. **D**ico autē ciuitatis studiosum amicorū obseruatorē gratū: misericordem: & similia. **A**duersarios autē ab his uituperare: quibus auditores ad irā irritant. **H**æc autē sunt: ciuitatis inimicus: amicorum hostis: ingratus: immitis: & hmōi. **O**pus est etiā laude iudices delinire: quod iusti iudices grauesq; sunt. **A**duersariorum præterea defectus sicubi tibi minores extiterint: siue ad dicendū siue ad agendū seu ad aliud quicq; in disceptatione uerfēt: erunt oratione cōplectēdi. **E**t iustum præterea & legitimū & utile & quæ deinceps sequūtē inducenda. **C**um iudices igit neq; bono neq; malo animo in nos fuerint: ex his beniuolentiā captabimus. **S**i quis uero in calumniâ sit: idq; ex præterito tēpore & circa orationē scire ex antedictis poterimus: quo pacto insimulationes soluere oporteat. **Q**uod si ex præfenti tempore calumniâ fuerit: necesse est circa ipsum hominē eam fieri: aut si ineptus præfenti cōtrouersia: aut si criminibus subcontrarius: aut si p cōfesso accusationi obnoxius uideat. **I**neptus quidē fuerit: si aut iunior aut senior pro alio disceptet. **S**ubcontrarius uero esset: si quis robustus imbecillum uerberationis accuset. **A**ut si quis cōtumeliosus cōtumeliæ temperantē insimulet: aut si quis admodū paup̄r hominē ditissimū pecuniarū agens in iudiciū deuocet. **I**taq; hmōi hoies subcōtrarij criminibus sunt. **P**ro cōfesso autē erit: si quis fortis robustusq; existens ab infirmo & imbecillo uerberationis accuset: aut si quis fur existimatus furti reus in iudiciū arcessatur. **V**t autē oīa uno cōplectamur uerbo: ij quorum moribus similis est hominū opinio: uidebūt criminib⁹ esse obnoxij. **C**irca ipsum igitur hominem ex instanti tempore calumniâ huiusmodi fieri poterunt. **C**irca rem autem eæ contingent: siquid aduersus domesticos amicos: aut aduersus hospites: aut in suos uel de prauis uel de turpibus rebus negocia afferat: hæc enim infamiam disceptantibus afferunt. **Q**uemadmodum igitur eas insimulatio

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

nes sum⁹ dissoluturi: deinceps ostēdam: Duo esse cōmunia in omnibus elementa existimo: **A**lterum quidem ut quibus rebus cor-
repturos iudices aduersarios putes: his eos praueniens corripias.
Alterum uero est: si res in aduersarijs quidem maxime: sin id mi-
nus in alios quosdam trāsferas: ea usus cauillatione q̄ non ex sen-
tentia tua sed ab aduersarijs coactus in certamen descenderis. **I**n
unamquāq; uero calumniam hāc argumentari conuenit. **I**unior
quidem causabī aut seniorum aut amicorum qui pro se disceptēt
solitudinem: aut criminum magnitudinem: aut temporis praescri-
ptionem: aut rerum multitudinem: aut aliud quid huiusmodi. **S**i
uero habueris pro alio dictionem: dicendum erit te amicitiae gra-
tia aduocatū fieri: aut aduersarij motum inimicitijs: aut quia ne-
gocijs interfueris: aut ob utilitatem publicā: aut quia is cui patro-
nus uenis: & ab omnibus est desertus: & iniuria praemittitur. **Q**uod
si crimini pro cōfesso obnoxius: uel subcontrarius accusationi effi-
ci uideatur: cum praerogatione utendum est: tum etiam dicēdū
ut neq; iustum neq; legitimum neq; utile sit: ex opinione ac suspi-
tione ferre prius sententiam q̄ res fuerit audita. **Q**uā igitur circa
ipsum hominem sunt: hoc pacto insimulationes diluemus. **E**as ue-
ro quā circa rem sunt: ita repellemus. **C**ausa in aduersariū reijcie-
mus: uel si maledictū ei crimini demus: uel si iniuriā aut cupiditatē
aut pertinaciam aut irā praetendamus: quod nullo alio modo ius
consequi possibile possit. **P**riuatitas igitur calumnias a pud iudices
ita diluemus. **C**ommunes uero omnibus speciebus soluere poteri-
mus: quēadmodum in superioribus dictum est.

Exordia uero in genere iudiciali eodē modo collocabimus. **D**e exordijs ī
sicuti etiam in deliberatiuo. **E**adem etiā ratione narratio-
nes exordio coniungemus: quas uel particularim proba-
biles esse iustasq; ostendemus. **A**ut ipsas separatim tanq̄ in unum
corpus ordinabimus. **D**einde uero erit confirmatio: quā si quidē
rebus ipsi aduersarij contradixerint ex probationibus. **S**in autem
cōfenserint: ex iustis & utilib⁹ & his similibus cōfirmare debem⁹.
Collocāda sunt ex p̄bationib⁹ primū quidē testimonia: & si quā
nobis ex quaestionib⁹ cōfessiones fuerint. **D**emū uero si nullo mō
uerisimilia ea fuerint: sentētij & cōmētationibus: **S**in aut nō oīo
uerisimilia p̄babili: demū exemplis & cōiecturis & signis & argu-
mētis: demū uero cōmētationib⁹ & sentētij cōfirmare debem⁹.
Quā si uerisimilia fuerint p̄batiōes qdē omittem⁹. **I**ustis aut quē-
admodū in antedictis utemur. **E**t hoc qdē mō cōfirmabim⁹. **P**ost

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

confirmationē aut ubi ea quæ in aduersarios sunt collocauerim⁹: præoccupabimus eas res quas uerisimile fuerit aduersarios dicturos. **E**t si quidem aduersarij rem negarint: probationes illas a nobis dictas amplificabimus: quas uero illi dicturi sunt reprehendemus & extenuabim⁹. **S**i uero fateant⁹ & legitima & iusta esse: quas secundum scriptas leges a nobis inductas ostenderimus: enitēdū est: ut his simul leges quas & iustas & honestas & cōducibilis uniuersæ reipublice plures uēdicarint: talis etiam eas esse ostēdamus. **Q**uas aut aduersarij induxerūt: eas cōtra habere demonstremus: quāminus cōmode hæc dici quiuerint: iudices cōmonefaciēdi sunt eos nō de lege sed de re iudicare: quodq; iurati sint secūdū leges latas sententiā latū ire. **E**t doceas haud hoc tēpore decere leges: sed in cōstitutis diebus eas ferre. **S**ed si contigerit rem ijs legibus agitari: quæ inique esse uideant⁹: dicēdū erit nō legem rem hmōi: uerū iniquitatem esse. **C**ū lex quidē ad utilitarē ferat⁹: hæc aut afferat ciuitati perniciē. **D**icendū etiā erit: haud cōtra leges facturos si huius legi cōtrariā sniam tulerint: sed leges potius laturos ne sit improbis iniquisq; decretis utendū. **O**portet aut ad id collectionē afferre: quā nulla lex phibet reipublicæ benefacere: sed improbas leges auctoritate priuare: aliud nihil esse: q̄ ciuitatē beneficio donare. **Q**uascunq; igit ex ijs legibus quæ nullā ambiguitatē cōtinent: habuerimus ex talibus præueniētes abunde cōtradicare poterimus. **D**e ambiguis uero legibus si iudices ita senserint: ut tibi expedit: oportet hæc demonstrare. **Q**uā si iudex dicat: quēadmodū aduersarij: cōdocefaciēdus est legūlatorē non hoc sensisse quā ab illo dici: quodq; cōducit ipsis iudicib⁹ legē ita dicere. **V**erū si nullo mō possis in cōtrariā sniam cōmutare: ostēde aliud nihil posse cōtrariā legē dicere atq; ipse dicas. **E**t quo quidē pacto oporteat uti legib⁹: ex ijs quæ dixim⁹: abūdabis. **S**ūmatim uero si peccasse oīno fateant⁹: & ex iusti tñ & legitimi partib⁹ defensionē parent: ex his ea sunt cōfutatione præuenienda: quæ dicturi illi uideant⁹. **S**i aut peccasse fateant⁹: & sibi tamē ignosci postularint: sic talia oportet cōfutare: **P**rimū quidē dicēdū erit: deterius esse moris: quodq; tunc illi crimē in imprudentiā reijciunt: cū se deprehenso intuent⁹. **P**roinde si huic ignoscitis: alios itē omnis supplicij atq; cruciatibus liberabitis. **D**ic etiā & illud: si eos qui peccasse cōfiteant⁹: absoluetis: quo pacto inficiantis cōdēnabitis. **D**icendū etiā erit: & si imprudēter errauit: nō tñ decet me ob huius imprudentiā detrimēto affici. **P**raterea dicet cū neq; legūlator imprudēter delinquentib⁹ ignoscit: eo neq; a iudicibus qui secundum leges iudicant: ignosci iure potest.

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

Ex his igitur atque similibus eos qui sibi secundum postulatum confutare poterimus: sicut etiam ab initio exposuimus. **V**t compendio autem utar quaecumque sint aduersarii dicturi: & ad probationem & ad iuris sui partes afferendas: & ad ueniam postulandam ex antedictis praecipiamus. **P**ost hanc autem causam tota est oratio per enumerationem summam repetenda. **E**t breuiter si fieri potest: iudicium animi in aduersarios quidem: uel ad odium: uel ad iram: uel ad inuidiam: in nos autem ad beniuolentiam: uel gratiam: uel misericordiam commouendi. **Q**uibus autem rebus hoc fiat: in deliberatione genere in suasionibus & dissuasionibus diximus. **A**c rursum in defensionis specie ad finem percurreremus. **O**rationis igitur principium in iudiciali genere siquidem accusamus ita componemus & ordinabimus. **S**i uero defendamus: exordium quoadmodum & in accusando constituemus. **E**st autem res quarum accusamur quibusque accusator scientiam auditoribus fecerit: relinqueremus. **Q**uibus uero opinionem reliquerit: hasce ubi post exordium proposuerimus dissoluemus. **T**estesque & quaestiones & iuramenta refellemus: quoadmodum antea audisti. **E**t siquidem res credibiles fuerint: poterimus ipsarum responsione in eis quod relictum sit locum transferre. **Q**uod si testes per quaestiones fidem fecerint: aut in oratione: aut in negotium: aut in quodcumque aliud fuerit: in aduersariis maxime uerisimile: ipsorum est responsio transferenda. **S**i uero aut contra utilitatem publicam: aut contra consuetudinem accusator te fecisse crimines: debes defendere. **I**d maxime esse utile quod ab eo crimini dat. **V**el si id minus potueris: dices ut neque abs te ab istis qui tibi sint similes: aut quod non hoc modo huiusmodi res geri consueuerit. **P**robabile igitur ita solues. **E**xemplum uero debes primum si potes demonstrare: id haudquaquam esse criminati simili. **V**el aliud tibi ex contrariis praeter uerisimilitudinem exemplum ferendum esse. **C**oniecturam autem potes confutare: si dicas quibus causis contraria significare contigerit. **S**ententias uero atque commentationes aut improbabilis aut ambiguas ostendas oportet. **S**igna autem non eius solum cuius ipse sis accusatus: sed rerum plurimarum signa esse ostende. **E**t ea quidem quae ab aduersariis dicta fuerint: in contrarium aut ambiguum conuertentes poterimus hoc modo improbare. **S**i uero quorum nos accusator criminatur ea fecisse fateamur. **I**dque ex iusti & legitimi partibus defendere pergamus: magis legitimas res nostras iustioresque demonstrare elaborabimus. **Q**uod si minus commode fieri potuerit ad imprudentiam casumque defugiemus: laturaque paruas esse ostendemus. **E**t ignoscendum nobis esse argumetabimur: demonstrantes quod omnium quidem hominum per imprudentiam derelinquere commune sit: sed afficere iniuria impro-

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

bonū esse propriū. **D**ices etiā & æquū & bonū esse & iustū & cōducibile sjs ignoscere q p imprudētiā deliquerit. **N**eminē em̄ hoīm scire si qd aliqn̄ sibi huiusmodi euentus sit. **O**stēdendū est etiā si qd aduersari⁹ ipse aberrauerit: & ueniā tñ cōsecut⁹ sit. **P**ost hęc eā praeoccupationes sequuntur: quæ ab aduersarijs dictæ sunt: **H**arum igit̄ alias satis superq; a rebus ipsis soluere poterimus. **S**ed si calumniē tur scriptas nos orationes recitare: aut quo eas recitemus meditari aut mercede cōductos patronos fieri: ad hęc talia cōtraueniam⁹: oportet: dissimulandoq; dicamus minime omniū lege prohiberi: aut se scripta aut illum nō scripta loqui: lege nāq; talia patrare nō permitti: loqui uero ut quisq; uelit facile sum. **D**icēdum quoq; erit usq; adeo aduersarij delicta uel ipsius eius sententia permagna esse ut existimet me nunquā digne in se accusando satisfacere posse: nisi quæ dicturus essem & antea scriberem: ac multum temporis meditat⁹ sum. **A**d scripturaz; igit̄ orationū calumnias sic occurrere poterimus. **S**i uero dixerint nos discere meditariq; dicendi facultatē: confitebimur id quidem: dicemusq; nos quidē quos animis discere neq; calumniatores neq; cōtentiosi certe sum⁹. **T**u uero qui oratoriam tenes: cum hoc tempore: tum sæpe alias nos calumnijs circumuenire deprehensus es: quare cōducere ciuib⁹ uidetur ut & ille oratoriam discat. **N**on enim sic malum neq; insimulatore cū fore. **E**odem quoq; modo si quis nos mercede conductos causarum patronos dicat & fatebimur & cauillabimur: huiusq; rei auctorem accusatorem nostrum ac reliquos om̄is demonstrabimus. **M**ercedum autem species diuidemus: dicemusq; alios pecunijs alios gratijs: alios supplicijs: alios honoribus aduocatos assistere. **T**e igitur gratijs id obire muneris ostende. **A**duersarium uero dicito ne paruo quidem precio aduocatum assistere. **E**um nāq; ut aliquid argēti iniuste capiat: nō autem ne persoluat in iudiciū ire. **I**dem quoq; modus seruandus est: si quis nos aut aliquos edocere dixerit: qui controuersijs apud iudices utantur: aut iudicialis orationes cōscribere. **N**am & alios & oīs ostēdes pro uirib⁹ adiūmēto amicis esse: & docendo quidem & cōsulendo. **E**t artificiosissime in huiusmodi rebus occures. **O**portet autem & circa interrogatiōes atq; responsiones: quotquot in huiusmodi speciebus inciderint: ne nos negligentia ulla capiat. **S**ed quæ respondeo cōcedantur quæq; negent sunt cōsideranda. **C**oncessiōes igitur sunt huiusmodi. **M**ihi filium enecasti. **E**necaui equidē. **N**am ille in me prius distinxit gladium. **F**iliū mihi pulsasti. **P**ulsauī equidē. **I**niuria em̄ in me prius man⁹ iniecit. **M**ihi caput confregisti. **C**onfregi equidē. **N**am noctu impe

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

tum in meā fecisti domū. **T**alis igitur concessionem legibus freti nō
nunq̃ facimus: huiusmodi uero negationes legē declinant. **M**ihi fi
liū occidisti: **N**on ego quidem: sed lex occidit. **H**ac autem omnia ita
oportet respondere. **C**um duarū legum altera iubet hoc faciundū:
altera nō uetet: **Q**uā igitur in aduersarios dicēda sunt: ex his omni
bus colliges. **P**ost hac autem eorum quā antedixerimus: iteratiōe
breuis est admonitio adhibēda. **E**a uero est utilis omī tempore: q̃
obrem & singulis in speciebus ea iteratione utendum est. **V**erum in
accusationibus maxime & defensionibus ea congruit. **I**tidē quoq̃
in suasionibus atq̃ dissuasionibus. **N**eq̃ solum ea hic cōmemora
re: quā ante dixerimus: quēadmodum in laudādo & uituperādo:
uerūetiam animos iudicum in beniuolentiā nostram conciliare: &
in aduersarios cōcitare debemus. **H**anc uero iterationē in oratiōis
partibus postremā cōstituimus. **H**ac em̃ facit ut reminiscaris sum
matim: quā dicta sunt enumerando: aut ratiocinando: aut interro
gando: tua quidem quā optima sunt. **A**duersariorū autē quā ne
quissima siquidem interrogatiōis figura uti uolueris. **C**uiusmodi
aut unumquodq̃ horum sit: ex ijs cognoscere possumus: quā su
perius dicta sunt. **I**n beniuolentiam uero nostram iudices conciliabi
mus: & in aduersarios cōcitabimus: ex ijs beneficijs ut etiam in de
liberatiuo genere summatim ostendimus: quib⁹ nos aut amici no
stri ipsos a quibus iniuriā suscipimus: ipsosq̃ue necessarios seu iudi
ces ipsos uel eos qui eis curā sunt: siue affecerimus: siue afficimus:
siue sumus affecturi. **E**t si ipsis dixerimus nūc tempus esse referen
darum pro susceptis beneficijs gratiarū. **E**t si eos in commiseratio
nem si opus fuerit adduxerimus. **H**oc autem eo faciemus: quo no
stram in auditores beniuolentiam demonstramus. **E**t q̃ indigne
ob ea quā male passi fuerimus: aut patimur: passuriue sumus: mi
seria prēmimur: nisi hi nobis adiumento fuerint. **S**i uero nihil no
bis absit: huiusmodi cōmemorabimus: quibus bonis priuati fueri
mus: aut priuamur: aut priuabimur: ubi iudices nos negligierint:
Seu ut nunq̃ boni quippiā nacti fuerimus: aut nāciscimur: aut na
cturi sumus: nisi ab his auxiliū meruerimus. **E**x his nāq̃ cōmiserati
ōne nos dignos cōstituemus: & auditores nobis conciliabimus.
Aduersarios uero calūnijs circūuentos in inuidiā & odiū apud au
ditores ex horū cōtrarijs adducem⁹ cū ostenderim⁹ ab his aut horū
amicis auditores ipsos ipsosq̃ue necessarios mali quippiā indigne pas
sos aut pati aut passuros. **E**x huiusmodi em̃ rebus ad odiū & irā in
aduersarios rapienē. **S**i aut hac fieri cōmode nequerint: ea i unū
redigemus: quib⁹ auditores in aduersarios ad inuidiā cōcitem⁹.

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

Inuidia nanq; propinqua est odio. **H**is autē summam inuidēbī. **S**i eos indigne fortunatos & ab auditorib⁹ aīo alienos ostēderim⁹ percurrentes q̄ multa bona iniuste passi fuerint: aut patiunt passu-
ri ue sunt: aut q̄ nunq; null⁹ boni indiguerint: uel indigēt uel indi-
gebunt: aut q̄ in nihil unquā mali inciderint seu incidunt: sed inci-
dent: nisi nūc a iudicibus puniant. **E**x his igit̄ rebus auditorib⁹ nobis
animos ad beniuolentiam in conclusionibus constituere & in ad-
uersarios contra commouere poterimus. **E**x omnibus uero supra-
dictis accusationes defensionesq; q̄ aptissime ordinabimus.

**De quæstio-
nis specieb⁹** **Q**uærendi autē species separatim quidē ipsa raro cōstituit: sed
alijs speciebus cōmiscetur: & aduersus cōtradictiones maxi-
me est utilis. **V**erumtamē ne huius nos ordo lateat si qñ uel oratio
uel uita hominū actio aut ciuitatis administratio quærenda cōtin-
geret. **I**tem etiam hac de parte summam percurram. **E**st igit̄ quæ-
rentib⁹ eodem quasi modo exordiendū sicuti etiā calumpnia circū-
uentos: oportet: docuimus. **Q**uare cum idoneas in principijs cau-
sas attulerimus: quibus id recte facere uideamur: **I**ta ad quærendū
ueniemus. **C**ausa aut̄ congruent in ciuilibus quidem cōuentibus:
quod aut cōtentiōe quadā quinpotius ne auditores lateat id faci-
mus. **D**emū quod nobis hi prius molesti fuerint: **I**n priuatis uero
uel inimicitias uel paruas eorū q̄ quærunt cōsuetudines: uel in eos
ipsos beniuolentiā: uel ut quæ agūt remittentes nō amplius hæc fa-
ciant proferre oportebit. **I**n publicis aut̄ si legitimū & iustum & pu-
blicam utilitatē proferemus. **E**x his aut̄ & his similibus exordio cō-
stituto: ac singulis deinceps propositis: aut dictis: aut gestis: aut co-
gitationis quæremus: **E**aq; demōstrabimus & iustis & legitimis & pri-
uatis & publicis utilitatibus aduersari. **E**t omnia demum cōsidera-
bimus si quo in loco ipsa sibi uel moribus proborum hominū of-
ficij sue dissentiūt. **S**ed ne ī singulis enarrādis longiore utamur ora-
tione: quo pluribus illustrium studiorum: aut rerum: aut uerbos:
aut consuetudinum res eorum quos quærimus aduersari ostende-
rimus: eo ipsos obscuriores apud auditores cōstituemus. **O**pus est
autem non tristi & acerbo quodam sed miti māsuetōq; uultu quæ-
ramus. **H**oc enim modo uerisimiliores reddentur apud auditores
habitæ orationes. **E**t oratores ipsi nullum de se relinquent in simu-
lationi locum. **V**bi uero diligenter omnia quæsieris atq; amplifica-
ueris: oratiōis exitum breui iteratione terminabis. **E**t ut eorū quæ
dicta fuerint auditores reminiscātur efficies. **H**as igitur species ubi
hoc pacto cōstituerimus: pulcherrime ipsis uti poterimus.

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

Peroratio antedictorum omniū per enumerationem & amplificationem.

Opus est praeterea orando & scribēdo in id q̄ maxime enita-
mur elaboremusq; ut pro rerum natura uerba accommo-
demus: & ita nosmetipsos trita consuetudine his cūctis ex-
erceam⁹: ut eorum usus nobis in promptu sit: Atq; ut ex arte qui-
dem dicere possim⁹: tum in priuatis publicisq; disceptatiōibus: tū
ijs etiam in sermonib⁹ quos aduersus alios habuerimus: plurima
hinc & artificiosissima adiumenta suscipiemus. **E**laborandum est
etiam ut non circa uerba orator dumtaxat: uerū etiam circa uitam
quam antedictis speciebus exornet atq; magnificet suam diligen-
tiam omnem studiūq; accommodet. **N**am uitae compositio & ad
suadendum & ad boni & aequi uiri existimationem adipiscendum
conducit plurimū. **P**rimū igitur diuidendae sunt scđm omnem di-
sciplinā distributionem: quid primū: quid secundum: quid tertium:
quid quartum tractandum sit: **D**emum ea tibi sunt praeparanda:
quae circa auditores attendunt: de quibus in exordijs docuimus.
Enimvero beniuolētiam a persona tua captare poteris si promissis **Beniuolētia**
insistas: & eosdem amicos in oēm uitam tueare: neq; in alijs actio-
nibus inconstans esse: sed iisdem semper uti uideare. **A**ttēti autem **Attenti**
fient auditores si ijs in negocijs uerferis: quae & magna & honesta
sunt multisq; conducant. **C**um uero beniuolos auditores reddi- **Beniuoli**
deris: ubi ad negociorum expositionem abs te deuentum est: quae-
cunq; propulsationem malorum: bonorum autem continent exhi-
bitionem: facile apud illos admittuntur: quacūq; uero secus sunt
reijciuntur. **S**ed pro celeri & apta & uerisimili narratione: haec sunt
tibi faciunda. **C**eleriter autem absolues si non omnia uolueris si-
mul agere: sed prius primo & quod reliquū est deinceps. **D**iluci-
de uero si non statim relicta actione in alias res prius transferis: q̄
illam absolueris. **V**erisimiliter autem si nihil a tuo more alienum
agas. **I**tem si nō eosdem finxeris & inimicos tibi & amicos esse. **E**x
his autem probatiōibus eas assumem⁹: de quibus ita scientiam ad
praeficienda negocia tenemus: ut eam alijs interpretari & explicare
possimus. **D**e quibus autem scientiam nō habemus: eas prout sa-
pius accidere solēt assumemus. **T**utissime nāq; in huiusmodi re-
bus egeris: si cōsuetudinē seq uolueris. **I**n certamine uero cōtra ad-
uersarios si qdē orōne cōtēdiē: ex ijs quae dicta sunt nostrā cōfirma-
tionē faciem⁹. **S**in yō cōtractib⁹ hoc faciem⁹ si scđm leges & nō scri-
ptas & scriptas cum testib⁹ q̄ optimis ac tpe praefinito eos cōfecer-

RHETORICES ARISTOTELIS AD ALEX.

rimus. **Ex** conclusione uero eorum quæ dicta fuerint: reminisci au-
ditores faciemus: si quæ gesta sunt summam rursus dicimus. **Ex**
Beniuoli ijs autem quæ agimus ita commonebimus quodcumque eadē ne-
gocia uel similia prioribus tractemus. **Beniuoli** autem nobis erunt
auditores: si ea gesserimus quibus aliquid beneficij suscepisse aut sus-
cipere aut suscepturi uidebuntur. **Magnas** autem res geremus: si ea
negocia tractauerimus quæ multorum sint bonorum causa. **Hoc**
igitur modo quæ ad uitam pertinent præparanda sunt. **Ex** priore
autem instituto circa orationem est exercitatio adhibenda. **Sacri-**
ficia uero uti præmissum est faciemus ad deos quidem pie: ad sum-
ptus autem moderate: ad spectacula uero splendide: ad ciues autē
utiliter. **Et** aduersus immortalis quidem deos ea habebunt pie: si pa-
trio more sacrificemus. **Ad** sumptus autem moderate: si non quæ-
cumque missa fuerint: ab ijs qui sumptibus præsentantur consumantur.
Ad spectacula uero splendide: si magnifico sint apparatu constitu-
ta. **Ad** ciues autē utiliter: si & equites & grauiores armaturæ pedi-
tes belle instructi pompam celebrent. **Quæ** igitur hoc modo mor-
tales in deos fecerint: pie certe fecerint. **Eos** autē amicos compara-
bimus qui sint nobis moribus non dissimiles: & quibus eadē quæ
etiam nobis conducant: & quibus magnis in rebus communis no-
biscum fortuna sit. **Talis** enim amicitia prædurat maxime. **Socios**
autem eos facere debemus: qui & iustissimi sint & non mediocri ua-
leant potentia: & in proximo habitent. **Hostis** autem eos facie-
mus: qui horum sint contrarij. **Suscipiendum** autem bellum in eos
est: qui rempublicam: aut eius siue amicos siue socios iniuria uiola-
re moliuntur. **Præsidia** autē habeamus oportet: aut nostra: aut so-
ciorum aut hospitum causa. **Et** primo quidem nostra: demum so-
ciorum: tertio uero hospitum. **De** tributis autē id quidem est opti-
mum: quod a priuatis prouentibus ac possessionibus proficiscitur:
Secundū uero a censibus. **Tertium** autē a pauperibus: qui sua cor-
pora ministerijs præbent. **Ab** opificibus autē arma: a locupletibus
uero pecuniæ. **De** administratione autē reipublicæ popularis qui-
dem principatus est optimus: in quo leges optimatibus honores di-
Plabs stribuit. **Plabs** uero neque dandis priuatur suffragijs: neque ferendis
quidē sententijs. **Proxima** uero illa est in qua leges a ditioribus as-
fici contumelia plabē non sinunt. **Principatus** autē paucorum duo
sunt genera: **Aut** enim est ex amicitia & societate quadā: aut a cen-
sibus. **Necesse** autē est socios faciamus cum ciues minus ex sese po-
tentes sunt: qui tum solum: tum oppida tueantur: aut hostibus re-
pugnēt. **Est** autem societas omittenda: cum aut eam facere non sit

DE CAUSIS CIVILIBVS PRAECEPTA

opus: aut socij longe a nobis distent: neq̃ potentes sint qui oportu-
ne adsint. **C**iuis aut̃ bonus est qui amicos ciuitati utilissimos com-
parat: Inimicos uero & paucissimos & infirmissimos quiq̃ sine ul-
la priuatorum bonorum publicatione prouentus comparat q̃ plu-
rimos: & qui sese iustissimum præbēs eos in quaestionem agit: qui
rerū publicarum aliquid per iniusticiam uiolat. **L**argitionibus ue-
ro utuntur om̃es: aut quoniam aliquid inde sperant commodorū:
aut quo susceptorum beneficiorum gratiam referant. **O**bsequun-
tur autem omnes aut lucri: aut honoris: aut uoluptatis: aut timo-
ris gratia. **C**ommutationibus uero utuntur omnes aut sponte aut
inuite. **O**mnes enī actiones aut ui: aut suasionē: aut fraude: aut
occasione perficiuntur. **I**n bello autem uincitur: aut fortuna: aut
corporum multitudine robustitateue: aut pecuniarum copia: aut
oportunitate locorum: aut uirtute sociorū: aut consilio & callidi-
tate impatoris. **S**ocios uero derelinquēdos putant: aut maiore uti-
litate: aut belli solutione. **I**uste autem agere est communis sequi uti-
litis cōsuetudines: parere legibus priuataq̃ pacta seruare. **C**on-
ducit autem corpori quidē bona habitudo & formæ dignitas: aut
uires & bona ualitudo. **A**nimo uero sapientia: prudentia: fortitu-
do: temperantia: iusticia. **H**is autē utrisq̃: pecuniæ & amici. **I**nuti-
lia uero sunt horum contraria. **P**lurimum uero utilitatis affert bo-
norum ciuium multitudo.

Sapiētia
Prudētia
Fortitudo
Temperātia
Iusticia

Francis̃i **P**hilel̃i **P**ræceptorum **R**hetorices **A**risto-
telis de **C**ausis ciuilibus ad **A**lexandrū regē **M**ace-
donū e græco in latinū traductio: **F**œlicit̃er explic̃it.